CURAE EPIGRAPHICAE

AD

GRAMMATICAM GRAECAM ET POETAS SCENICOS

PERTINENTES.

SCRIPSIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXIX.

Neuer philologischer und Schulbücher-Verlag

von

B. G. Teubner in Leipzig.

1869.

Aristophanis equites. Recensuit A. v. Velsen. gr. 8. geh. 28 Ngr.

Barbieux, H., Professor am Gymnasium zu Hadamar, **le livre des demoiselles.** Ein französisches Lesebuch für Mädchenschulen. II. Curs. 4. verbesserte Auflage. gr. 8. geh. 22½ Ngr.

Bindseil, H. E., Professor und Bibliothekar in Halle, **General-Register über die** Verhandlungen der ersten fünfundzwanzig Versammlungen deutscher Philologen und Schulmänner. 1838—1867. gr. 4. geh. 1 Thlr.

Ciceronis, Quinti, reliquiae. Recognovit Franciscus Buecheler. gr. 8. geh. 16 Ngr.

Collmann, Guilelmus, de Diodori Siculi fontibus commentationis criticae capita quattuor. Dissertatio inauguralis historica. gr. 8. geh. 16 Ngr.

Deinhardt's, Heinrich, kleine Schriften. Ausgewählt und herausgegeben von Hermann Schmidt. gr. 8. geh. 2 Thlr. 20 Ngr.

Holstein, Hugo, de Plinii minoris elocutione disputatio altera. gr. 4. geh. 10 Ngr.

Hymnus Cereris Homericus. Edidit Franciscus Buecheler. gr. 8. geh.

Ausgabe I. Adjectum est manuscripti specimen. 12 Ngr.

" II. Adjectum est manuscripti simulacrum. 24 Ngr.

Jahrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von Alfred Fleckeisen. Fünfter Supplementband. Zweites Heft. gr. 8. geh. 28 Ngr.

Janson, Ludovicus, de Graeci sermonis nominum deminutione et amplificatione flexorum forma atque usu. gr. 8. geh. 20 Ngr.

Kappes, K., Director des Gymnasiums zu Donaueschingen, **Leitfaden für den Unterricht in der deutschen Stilistik.** Für Gelehrtenschulen entworfen. gr. 8. geh. 7½ Ngr.

Klotz, Ricardus, de numero anapaestico quaestiones metricae. Dissertatio inauguralis. gr. 8. geh. 12 Ngr.

Koch, Dr. Ernst, Oberlehrer an der K. S. Landesschule zu Grimma, **Griechische Schulgrammatik** auf Grund der Ergebnisse der vergleichenden Sprachforschung bearbeitet. gr. 8. geh. 22½ Ngr.

Daraus besonders abgedruckt:

— — **Formenlehre.** gr. 8. geh. 12 Ngr.

— — **Syntax.** gr. 8 geh. 15 Ngr.

Krauss, Iosephus, M. Tulli Ciceronis epistularum emendationes. gr. 8. geh. 10 Ngr.

Müller, Lucian, Geschichte der klassischen Philologie in den Niederlanden. Mit einem Anhange über die lateinische Versification der Niederländer. gr. 8. geh. 1 Thlr. 20 Ngr.

Nutzhorn, F., die Entstehungsweise der Homerischen Gedichte. Untersuchungen über die Berechtigung der auflösenden Homerkritik. Mit einem Vorwort von J. N. Madvig, Professor in Kopenhagen. gr. 8. geh. 1 Thlr. 20 Ngr.

CURAE EPIGRAPHICAE

AD

GRAMMATICAM GRAECAM ET POETAS SCENICOS

PERTINENTES.

SCRIPSIT

N. WECKLEIN.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Perlustravi titulos Atticos, si quid inde ad instituendam de formis Atticis quaestionem conferri posset. Nimirum quoniam virorum doctorum disceptationes ex eo proficiscuntur quod libri manu scripti in eiusmodi rebus idonea fide carent, ea adhibenda esse putavi, quae nulli librariorum incuriae vel arbitrio obnoxia fuissent. Inprimis autem ad eas res animum converti quae ad poetas tragicos et Aristophanem pertinent nec tamen si quid aliud memoratu dignum occurrebat praetermisi. Ceterum in ipsa quaestione maxime haec egi, ut titulorum ope diversam aetatem et commutationem sermonis notarem, ut eadem ope testimonia grammaticorum et memoriam librorum optimorum aestimarem et diiudicarem, ut tragicorum comicorumque usum magis quam adhuc factum videtur distinguerem. Hac ope rationeque alia quae viri docti praeceperunt confirmasse, alia correxisse vel refutasse, alia ipse addidisse mihi videor. Ab iis autem qui nonnulla desideraverint, veniam me impetrare posse spero, si eos admonuero, quae adhuc sit conditio plurimarum inscriptionum Atticarum, quam quidem mox in melius et in optimum mutatum iri magna spes est.

NOTAE.

1. C. J. est A. Boeckhii Corp. Inscr. Graec. I.
2. Tab. nav. — A. Boeckh, Urkunden über das Seewesen des attischen Staates. Berlin 1840.
3. Rang. — R. Rangabé Antiquités Helléniques. Athèn. I 1842. II 1855
4. Eph. A. — Ἀρχαιολογικὴ Ἐφημερίς. Athen. 1847 sqq.
5. Eph. A. Nov. — Ἀρχ. Ἐφ. Athen. 1862.
6. Ep. Hell. A. — Ἐπιγραφαὶ Ἑλληνικαὶ κ. τ. π. ἀνέκδοτοι — τῆς ἐν Ἀθήναις ἀρχαιολογικῆς ἑταιρίας, quarum magna pars ex M. A. E. Meier. Com. Epigr. adferetur.
7. Philist. — Φιλίστωρ. Athen. 1861—1863. 4 voll.
8. Lebas. — Le Bas Voyage arch. en Grèce et en Asie Mineure. Deuxième partie. Inscriptions grecques et latines. Première partie. Attique.

I. De dativo plur. in ηcι, αιcι, οιcι.

C. I. 70 (post Ol. 80, proximis insequentibus annis) . . τείοιc καὶ Παναθηναίοιc. Ib. 71 (quem titulum circa Ol. 82 vel 83 definit Boeckhius p. 108) b. τοῖcι μύcτ[ηc]ιν καὶ τοῖ[c ἐπό]πτηcιν καὶ τοῖc ἀκολούθοιcιν καὶ [δούλ]οιcιν τῶν Ἀθηναίων καὶ [Ἀθην]αίοιcιν [ἅπ]αcιν — ἐν τῆcι πόλεcιν — καὶ Ἀθηναίοιcιν ἐκεῖ ἐν τῆ[cιν] αὐτῆcι πόλε[c]ιν τοῖcι . . είζοcι μυcτηρίοιcιν. — Ib. 72 ΙΟΙϟΙΑΘΕ . . Ι «τοῖcι Ἀθηναίοιcι ut videtur». Ib. 73 (ante Ol. 84, 1 vel circa eam; retinetur enim vetusta forma literae Σ, cfr. A. Kirchhoff. Studien zur Gesch. d. gr. Alphab. p. 69, Boeckh. p. 894) [το]ῖc φρουρ[ο]ῖc. Ib. 73 b (p. 890, qui titulus n. 73 vetustato par est) το[ῖ]c παροῦcι — αὐτοῖc — τυράννοιc. Ib. 73 c (p. 893 «Ol. 84, 1 aut paulo post») αὐτοῖ[c] μ . . ; ἐπὶ ΤΕΣΙ . ΙΚΕ «ἐπὶ τῆcι δίκηcι supplementum satis incertum» Boeckh. p. 895 (legendum videtur ἐπὶ τῆc . . .). Rang. I 114 (Ol. 86, 3 cfr. Boeckh. in Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. k. Acad. d. W. z. Berlin 1843. p. 26 sqq.) τοῖc ἐπιcτάτηcιν — Ἀθηναίοιcιν. Ib. 123 [ἐπιcτατ]ηcι χρυcοῦ (Ol. 86, 2 vel 3, ut videtur, cfr. A. Kirchhoff. Bemerkungen zu den Urkunden der Schatzm. d. a. G. p. 23 sqq.). Ep. Hell. An. 1860 n. 19 ἐπιcταΤΕΣ . . ἐπιcτάτηcι ut videtur. C. I. 74 (Ol. 86, 4) Ἀθηναίοιc καὶ —. Rang. I. 294 (c. Ol. 86) (Eph. A. 2912) αὐτοῖcι et αὐτοῖc. Ib. 250 (c. Ol. 89, 2) v. 14 ἐν ΤΕ . . . . ΣΙ ἐν τῆcι cτήληcι ut videtur (Rang. ἐν τῆcι πόλεcι), v. 43 τῆcι πόλεcι, v. 38 μυρίαιcι δρ[αχμαῖcι]. Eph. A. 3445 (qui titulus Atticis literis cum nova forma literae Σ exaratus est) . ΑΧ . ΑΙΣΙ i. e. δραχμαῖcι. C. I. 76 (circa Ol. 90, 2) τοῖc θεοῖc — τοῖc Ἑλληνοταμίαιc — τοῖc τῶν τῆc Ἀθηναίαc ταμίαιc et in altera eiusdem tituli

parte apud Rang. I 118 τοῖϲ ταμίαϲι το[ῖϲ τῆϲ Ἀθη]ναίαϲ. C. I. 137. 138. 139. 140 (Ol. 86, 3—89, 2), Rang. I 91. 93. 346 ταμίαϲι vel ταμίαϲιν (ταμίαϲι οἷϲ et ταμίαϲιν οἷϲ). Eph. A. 2903 (Ol. 90, 1) ταμίαϲι. C. I. 141. 142 (Ol. 90, 1; 92, 2) τοῖϲ ταμίαιϲ. Ib. 143 (Ol. 91, 3 fere) Ἑλληνοταμίαιϲ, ἀθλοθέταιϲ, ϲτρατιώταιϲ. Rang. I 110 (Ol. 91, 3). 97. 99 (Ol. 93) ταμίαιϲ. C. I. 147 (Ol. 92, 3) Ἑλληνοταμίαιϲ. (Ib. 139 ἐν ΕΛΑΙΣΙ esse ἐν Ἐλάει vide apud Rang. I 154 sq.). Ib. 156 («literarum species vetusta est, sed ex affectatione») in epigrammate φροδαῖϲι. Ib. 82 ἐν ὅϲοιϲιν procul dubio de Boeckhii sententia in ἐν ὅϲοιϲ ἂν corrigendum. —

Comparent igitur terminationes ῃϲι, ηϲι, αιϲι, αϲι, οιϲι usque ad Ol. 90 fere in titulis. Antea in titulis qui nunc noti sunt nusquam terminatio αιϲ, postea nusquam ῃϲι vel αϲι vel οιϲι occurrit (cfr. Kirchhoff. l. l. p. 26 sqq.).

Quaeritur quid de differentia terminationis ῃϲι et αιϲι et de usu poetarum scenicorum statui debeat.

Exempla tragicorum diligenter congessit Ellendt. lex. Soph. II praef. II p. V sqq. «Probarunt ῃϲι Valcken. ad Phoen. 62, Hipp. 1432, minime certa omnia antestatus, Koen. ad Greg. Cor. p. 583, Brunck. ad Soph. El. 1138, ut tamen longe usitatius αιϲι non abicerent.» Ellendtius ex comparatis exemplis iudicat adeo tenuis fidei esse ῃϲι, ut iam omnino ab tragicorum carminibus exsulare debere videatur (p. VI). cfr. Elmsl. ad. Eur. Med. v. 466.

Aliter statuit exemplis titulorum usus Bergkius in praef. ed. Soph., qui putat Atticos poetas utramque formam adhibuisse, sed non promiscue, verum ubi litera vocalis vel ρ antecedat, αιϲι, contra ῃϲι praecedente litera consonante (p. V).

Libri Med. Laurentianive auctoritate apud Aeschylum et Sophoclem munita sunt haec: Prom. 727 ναύτῃϲι, Pers. 189 ἀλλήλῃϲι, Cho. 569 πύλῃϲι, Eum. 673 Cκύθῃϲι; Ant. 589 Θρῄϲϲῃϲι, 984 θυέλλῃϲιν, Phil. 1457 πληγῇϲι. Apud Aristophanem omnes libri Lys. 330 δούλῃϲιν exhibent et R. V. A. Γ. Δ. Θ Equ. 659 διηκοϲίῃϲι (διηκοϲίοιϲι Ald., διακοϲίαιϲι C). Iam si comparamus illos titulos, putare possumus Aeschylum omnino,

Sophoclem in prioribus fabulis — Antigona docta est Ol. 84, 3 — terminationem ηcι admisisse. Sed paucis certis exemplis terminationis illius permulta non minus certa terminationis αιcι officiunt, ut librorum auctoritate iudicium Ellendtii comprobetur. Accedit quod ex exemplis ab Ellendtio conlatis cognoscitur *librarios proclives fuisse ad terminationem* ηcι *substituendam* (cfr. Prom. 355 cμερδναῖcι γαμφηλαῖcι M., γαμφηλῇcι vel γαμφηλῆcι (non cμερδνῆcι) Vit. Lips. 2 aliique codd. et Ald. Turn. atque Eustathius et Tzetzes), id quod nescio quo pacto inprimis post literam λ accidit.

Memoria librorum titulis non refellitur, sed etiam comprobatur. Nimirum agnoscitur, *illam Atticam ᾱ puri rationem pertinere ad terminationes* ηcῑ *vel* η̄cῑ *et* ᾱcῑ, *ad terminationem* ᾱιcῑ *non pertinere, quae non minus post consonantem quam post vocalem locum habet* (μυρίαιcι — δραχμαῖcι). Itaque ionica sive prisca Attica terminatio erat η̄cῑ (cfr. locum quem Koen. ad Greg. Cor. p. 383 adtulit egregieque emendavit: Ἰάc ἐcτι διάλεκτοc ᾗ κέχρηνται Ἴωνεc· δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι ἀτθίc — legebatur αὐτοῖc —). Ad hanc priscam Atthidem pertinet formula precationis, quam Aristophanes Av. 868 in ludicrum detorsit καὶ ὄρνιcιν ὀλυμπίοιc καὶ ὀλυμπίῃcι πᾶcι καὶ πάcῃcιν. Haec prisca terminatio exculto proprio Atticorum sermone terminatione proprie Attica αιcι ita expulsa est, ut in vulgari sermone et in populiscitis tralaticiae orationis tenacibus post consonantem η̄cῑ et extrito ῑ η̄cῑ aliquamdiu remaneret, post vocalem ᾱιcῑ extrito ῑ i. e. ᾱcι usurparetur. Omnino remansit hoc in adverbiis Ἀθήνηcι, Ὀλυμπίαcι, θύραcι, ὥραcι. Terminatio η̄cῑ vel ηcι igitur eandem dignitatem habet quam terminatio ᾱcι. Inde adparet in elegantiorem poetarum sermonem terminationem η̄cῑ non magis convenire quam terminationem ᾱcι. Quod autem ante Ol. 90 terminatio ᾱιc non pariter inventa est ac terminatio ο̄ιc, id casui tribuendum, praesertim cum perpauci dativi plur. I declinationis reperti sint. Non satis rem perspexit Gregor. Cor. qui p. 382 haec habet: Ταῖc εἰc αιc δοτικαῖc τῶν πληθυντικῶν τῶν θηλυκῶν ὀνομάτων οὐ μόνον τὸ ι προcτιθέναι εἰώθαcιν, ὡc ταῖc εἰc

οις δοτικαῖς τῶν πληθυντικῶν τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων ἀλλὰ καὶ τῆς αι διφθόγγου τρέπειν τὸ ᾱ εἰς η. ὡς Ἱπποκράτης κτὲ — νύμφαις, νύμφῃς, νύμφῃσι. Ne quis memoriae librorum per se sublestae gratia obloquatur aliam esse conditionem diverbii, aliam cantici, moneo illa exempla terminationis ῃςῑ apud Aeschylum ad diverbium, apud Sopoclem ad canticum pertinere. Atque mirum aliquid habeat, si in illis Antigonae canticis formae Θρῄσσῃσιν, θυέλλῃσιν ipsis doricis formis intermisceantur.

Ut autem antiquissimae formae fuerant ῃςῑ et οιςῑ, ita formae αιςῑ et οιςῑ speciem antiquitatis et solennitatis retinebant. Ita accipienda vel immutanda est memoria Gregorii Cor. p. 462 πάλιν ὁ μὲν λεγόμενος προσχηματισμὸς (cfr. Lobeck. Path. II diss. VII) τῶν Ἰωνῶν ἐστι· ἔστι δὲ ὁ προσχηματισμὸς πλεονασμὸς συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος οἷον θεοῖς θεοῖσι, σοφοῖς σοφοῖσι, Μούσαις Μούσαισι. In titulo C. I. 71 unus articulus ante vocalem exit in οις, cetera habent οισι vel οισιν (ut ob hoc ipsum Boeckhii supplementum τοῖς ἰδίοις μείζοσι μυστηρίοισιν in verbis quae supra adtulimus fide careat.*) Hinc intellegitur etiam Arist. Av. 868 scribi debere καὶ ὄρνισιν ὀλυμπίοισι καὶ ὀλυμπίῃσι κτέ. Eadem ratione ib. 879 legitur αὐτοῖσι καὶ Χίοισι et ib. 1040 τοῖς αὐτοῖς, quod ex τοῖσδε τοῖς Cobetus emendavit, μέτροισι καὶ σταθμοῖσι, ubi item τοῖς αὐτοῖσι μέτροισι καὶ σταθμοῖσι scribi debet. Comprobatur id v. sq., ubi de Dindorfii sententia οἷσιπερ mutatur in οἷσπερ, retinenda autem est solennis terminatio οισι, quam ridiculi causa repetit Pithetaerus.

Apud Aristophanem quaesitae sunt formae epicae νεφέλῃσι Av. 978. 987, ἀφραδίῃσι Pac. 1064, Equ. 198 γαμφηλῇσι, 200 κοιλιοπώλῃσιν in versibus epicis. Equ. 1013 quum R. νεφέλαισιν exhibeat, recte videtur Dindorfius, quum vulgo ἐν νεφέλῃσιν αἰετός scriberetur, ἐν νεφέλαισιν ἀετός recepisse.

*) Mihi etiam propter numerum literarum dubitanti celeberrimus vir A. Kirchhoffius benignissime indicavit hic et alibi latere vetustam formam ὀλείζοσι.

Nihil enim speciosi in ipsis verbis oraculi adlatis inest. Eadem ratione in *trimetris* Aristophanes Thesm. 332 sqq. ὀλυμπίαιcι, πυθίαιcι, δηλίαιcι usurpasse videtur, non quod Meinekius (Vind. Arist. p. 151 sq.) secundum Av. 868 restituendum suspicatur ὀλυμπίῃcι κτἑ. Hoc certum est perperam Dindorfium contrarie censuisse de Av. l. l. — Equ. 659 autem (cfr. supra p. 6) forma διηκοcίῃcι βουcί vim tralaticiae dictionis habet, ut illa terminatione momentum ludicri adiciatur. Lys. 330 denique forma δούλῃcιν nullam aliam causam habet quam arbitrium librarii quod antea notavimus.

Quod ad orthographiam adtinet, prisca et accurata scribendi ratio, ea quae proprie ad Ionicam terminationem adtinet, fuit ῃcι cum ι adscripto. (Cfr. in titulo Ionico C. I. II 3044 τὰcτήλαc ἐν ῇcιν et Rev. arch. 1865 n. 12 Νύμφῃcιν. Antiquum epigramma C. I. 24, ubi Boeckhius legit ΙΕΡΕΣΙ ὠδῖcι et Ε nihil esse quam ΕΙ (ἱερῇcι) putat, vel recentissimi tituli ut ib. 939 δρηcτεcύνῃcι, 948 ὀδύνῃcι, Eph. A. 952 κρυερῇcι cfr. infra de ι adscripto huc non adtinent.) Postea ut αcι, ita etiam ηcι (τῆcι, αὐτῆcι, semper ἐπιcτάτῃcι ut ταμίαcι) scribebatur sine ι et ut adverbia in αcι, ita adverbia in ῃcι semper sine ι leguntur velut C. I. 73 c, 87, 158. Eph. A. 1422. 3448. 1448 etc. Ἀθήνηcι, Rang. I 57 Ἀλωπεκῆcι, ib. 56. 57. 58 etc. Ἀγρυλῆcι, C. I. 162 Ἀμφιτροπῆcιν, Rang. II 882 Ὄηcι. De adverbiis θύραcι, ὥραcι (Lobeck. Path. II 229. 252) cfr. Arist. Lys. 391, ubi R. ὥραcι μέν, Aug. Voss. ὥραc ἴμεν, vulgo ὥραιcι μέν; ib. 1037, ubi ὥραc pro ὥραc'*); Eccl. 993, ubi R. Γ. θύραcι, B. θύρῃcι, vulg. θύραιcι; Vesp. 891, ubi R. θύραcιν, vulgo θύραιcιν, quae valent ad diiudicandam librorum auctoritatem. — Semel, in inscr. ab E. Curtio de portubus Athen. p. 46 edita (Ol. 119, 3) mihi occurrit ΑΘΗΝΗΙΣΙΝ; nam sic lapidem habere C. Bursianus Philol. X 175 testis est. Hoc aut vitium quadratarii ducendum aut ex falsa posterioris aetatis opinione, de qua mox

*) Quod est argumentum iis qui hanc elisionem ab Aristophane abiudicant inconsiderate.

dicetur, repetendum est. Gregorium Cor. p. 649 (de dial. Ion.), ubi haec sunt τὰς εἰς ᾱῑς̄ ληγούσας πληθυντικὰς δοτικὰς ἀμοιβῇ τοῦ ᾱ εἰς η̄ καὶ ὑπερβιβασμῷ τοῦ ῑ ἐκφέρουσιν, illos dativos sine ῑ legisse advertit Schaefer. Contrarie peccatum est Et. M. 25, 13 Ἀθήνῃσι καὶ Θήβῃσι· τὰ τοιαῦτα ἐπιρρήματα σὺν τῷ ῑ γράφεται. Μὴ ὤφειλεν — εἰ οὖν τὸ Ἀθήνηθεν καὶ Θήβηθεν χωρὶς τοῦ ῑ γράφεται, δῆλον ὅτι καὶ τὸ Ἀθήνῃσι καὶ Θήβῃσι χωρὶς τοῦ ῑ ὤφειλε γράφεσθαι. Ἀλλὰ γράφεται σὺν τῷ ῑ διὰ τὸ συνεμπεσεῖν ταῖς τοιαύταις Ἰωνικαῖς δοτικαῖς. Ἔστι γὰρ ἡ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν Θήβαις· καὶ κατ' ἐπέκτασιν γίνεται Θήβαισι καὶ κατὰ τροπὴν Ἰωνικὴν τοῦ ᾱ εἰς η̄ Θήβῃσι καὶ μένει τὸ ῑ προσγεγραμμένον. Ita falsa doctrina posterioris aetatis quae memoriam corrigebat, in libros intulit adverbia Ἀθήνῃσι, Θήβῃσι, sim.; eadem intulit scripturam βασιλῆς, ἱερῆς, quae e forma βασιλεῖς, ἱερεῖς repetebatur. Quae si quis etiamnunc retinere volit, magnopere erret de fide librorum.

Postremo adfero Et. M. 166, 30 Ἀτρείδῃσι, Θήβῃσι πύλῃσι δοτικαὶ τῶν πληθυντικῶν ἔχουσι τὸ ῑ προσγεγραμμένον κατὰ τὴν παραλήγουσαν· ἔστι γὰρ Ἀτρείδαις καὶ Θήβαις καὶ κατ' ἐπέκτασιν γίνεται Ἀτρείδαισι, Θήβαισι καὶ κατὰ τροπὴν Ἰωνικὴν τοῦ ᾱ εἰς η̄ Ἀτρείδῃσι καὶ Θήβῃσι καὶ μένει τὸ ῑ προσγεγραμμένον — ἡνίκα δὲ μὴ εὑρεθῇ εἰς ες ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν, γίνονται αἱ τοιαῦται δοτικαὶ κατὰ πρόσθεσιν τοῦ ῑ· οἷον καλοῖς καλοῖσι, μούσαις μούσαισι, Ἀτρείδαις, Ἀτρείδαισι. Οὕτως Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ Ποσότητος. In his Attica et epica ita mixta sunt, ut haec ex illis ducantur, id quod moneo, ne quis aliud quid inde efficere velit. —

II. De nomine Ἀθηναία.

Comprobatur id quod de terminationibus η̄σι, αισι statuimus, varietate nominis Minervae.

Ut quaestores opum sacrarum Minervae ante Euclidem constanter audiunt οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, post ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας (C. I. 150)

vel τ. τ. ἱ. χρ. τῆς θεοῦ (cfr. Boeckh. C. I. I p. 176), ita illa aetate legitima et communis forma et in actis publicis et in monumentis privatis est Ἀθηναία cfr. C. I. 71. L. Ross. Kunstblatt. 1836 n. 42 vel Lebas n. 5. C. I. 76 (cfr. Rang. I 118). 86. 145. 146. 147. Rang. I 18. 19. 24. 36. 43. 57. 93. 96. 97. 115. 117. 343. II 365. 1021. 2259. Eph. A. 758. 1113. 1133. 1125 cfr. Ross «demen etc.» n. 46 C. I. 151, ubi minus recte Boeckhius negat omnino post Euclidem formam Ἀθηναία videri usitatam fuisse.

Ionica forma Ἀθηναίη occurrit Rang. I 52 (Eph. A. 758), C. I. 526, Eph. A. 3208; forma Ἀθηνάα Rang. I 8 (circa Ol. 70), C. I. 150; Rang. II 1028; contracta forma Ἀθηνᾶ C. I. 87 (Ol. 101—103). 99. 118. 407. 440. 476. 478; Rang. II 453. 1015. 1016. 1018. 1019. 1024. 1025. 1027. 1140. Ross. arch. Aufs. p. 116. Philist. II 238; Ussing. Inscr. Gr. ined. n. 54; Mus. Rhen. N. IV p. 33, N. Schweiz. Mus. III p. 43, etc.; forma Ἀθάνᾳ dubia est Rang. II 1094 (Lebas n. 9); item maxime dubia forma Ἀθαναίῃ Rang. 1 51 (cfr. Lebas n. 30).

Cognoscitur igitur populum Atheniensium deam patronam proprio et solenniter usque ad Euclidis fere aetatem nominasse τὴν Ἀθηναίαν; nam *articulus* in illis titulis addi solet. Tragicis forma Ἀθάνα commodior fuisse videtur, nam apud Sophoclem haec una forma obvia est. Sed miror quod Ellendtius s. v. Ἀθάνα de forma Ἀθηναία adscribit: «apud tragicos non legi mirum est». Nam statim Aesch. Eum. 288 omnes libri praebent Ἀθηναίαν, 299 M. Ἀθηναίας, Ven. et ad ultimam syllabam supra adscripto ας Flor. ἀθηναίοις, Farn. ἀθηναίης. Forma Ἀθηναίῃ autem a tragicorum usu aliena est (cfr. Prom. 590 τῆς ἰναχείας M. Vit. Lips. Vind. 1. 3. Bess; ἰναχίας G. Vind. 2. 4. Colb. 2. Cantabr. 1. 2, ἰναχείης edd. vett. et Stephani Byz. cod. Rehdigeranus, ἰναχίης eiusdem Vossianus et Aldina, ἰναχύης Perusinus). Inprimis autem forma Ἀθηναία ad Aristophanem adtinet (cfr. Pac. 271, Av. 828, 1653). Equ. 763 solus V. Ἀθηναίᾳ, ceteri Ἀθηναίῃ

praebent; Nub. 614 in optimis libris Σεληναίης, 989 in R. V. Τριτογενείης legitur. Nihil corrigendum videtur Equ. 763 et Nub. 989 in anapaestis, in quibus saepe Ionicae formae apud Aristophanem occurrunt, nec Nub. 614 (cfr. Eust. ad Il. A, 197) sine consilio poetam illa forma usum esse probabile est. Meinekio autem Pac. 218 νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, νὴ Δί', οὐχὶ πειστέον mutanti in νὴ τὴν Ἀθηναίαν· μὰ Δί' οὐχὶ πειστέον (Vind. Ar. p. 40) accederem, nisi in iurandi formula νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, quae saepissime occurrit, alia ratio esset; eam enim versimile est mature in vulgarem usum, unde excepit Aristophanes, venisse, praesertim cum forma Ἀθηνάα admodum mature inveniatur (ut ἐλάα). — Ut autem dixi articulum addi solere, ita admoneo maximo dubiam esse coniecturam, quam ad Nub. 989 dubitanter Hermannus protulit, Meinekius recepit τις Τριτογενείης (pro τῆς Τριτογενείης); si τὶς necessario requiratur quod non videtur, scribendum sit potius τις κωλῆς προέχων pro τῆς κωλῆς προέχων.

Memorabilis est locus Eustathii ad Il. A, 197: ὡς τὴν Σελήνην Σεληναίαν οἷον 'ἐπειδὴ φῶς σεληναίης καλόν', οὕτω καὶ τὴν Ἀθήνην Ἀθηναίαν φασὶν ἄλλοι τε καὶ ὁ ποιητής· οἱ μέντοι ὕστερον ἀποβάλλοντες τὸ ι τῆς αι διφθόγγου καὶ Ἀθηνάαν ποιοῦντες ὥσπερ τὴν ἐλαίαν ἐλάαν Ἀττικῶς — Ἀθηνάαν μὲν οὐ φασι (quod illis titulis erroris arguitur), τὰ δὲ δύο α κιρνῶντες λέγουσιν Ἀθηνᾶν — ὅτε δὲ ἤρξαντο Ἀθηναῖαι γυναῖκες λέγεσθαι ἀντὶ ἀστῶν καὶ Ἀττικῶν, τότε ἤρξατο ἡ Παλλὰς λέγεσθαι τρισυλλάβως Ἀθηνᾶ. Hoc non est indicium temporis, sed repetendum ex falsa opinione, quam et Eustathius et Suidas s. v. Ἀθηναίας exhibet, feminas Atheniensium propterea non Ἀθηναίας, sed vel Ἀττικὰς vel ἀστὰς vocatas esse, ne nomen congrueret cum nomine deae. Veram causam huius appellationis (cfr. Suid. l. c. ὁ μέντοι Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνὴν [scil. Ἀθηναῖαι] καὶ θαυμάζει πῶς ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται τῇ λέξει) continet alia memoria Eustathii (ib.): ἕτεροι δὲ τῶν παλαιῶν οὕτω συντόμως εἶπον ἀνάττικον Ἀθηναίαν γυναῖκα εἰπεῖν· ἀστὰς δὲ τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας εἶπον ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστούς. cfr.

Arist. Thesm. 309. 336. 374. Reliqua ad hanc memoriam posteriores grammatici de suo addiderunt. —

Quod denique initio dixi comprobari hoc nomine id quod de terminatione ῃcι αιcι dictum sit, facile intellegitur inter formas Ἀθηναίῃ, Ἀθηναία, Ἀθηνάα vel Ἀθήνα eandem rationem intercedere quam inter terminationes ῃcι, αιcι, αic. Ut enim ionica vel prisca terminatio aliquem colorem antiquitatis habebat, ita forma Ἀθηναίῃ cum aliqua prisci sermonis priscaeque religionis adfectatione coniuncta erat, ut interdum consilio Aristophanis conveniret, ab usu tragicorum autem solenniora, non obsoleta sequentium abhorreret. — Ut solennior terminatio erat αιcι, ita solennis forma Ἀθηναία, quae propterea communis erat, quia in nomine deae solenniore forma uti malebant. Vulgaris forma erat Ἀθηνάα vel Ἀθηνᾶ, communis terminatio αιc.

III. De dualis formis et usu.

1) C. I. 150 A (Ol. 95, 3) v. 43 sq. [δύο cφρ]αγῖδε λιθίνω χρυcοῦν ἐχούcα τὸν δακτύλιον cfr. n. 151 v. 39, ubi λιθίνα est et ἐχούcα Boeckhius correxit. Ib. 137. 138, (Ol. 86, 3—88, 2) φιάλα χρυcᾶ ||, cταθμὸν τούτοιν. Ib. 141 (Ol. 89, 3—90, 1) χρυcίδε || cταθμὸν τούτοι[ν]. Ib. 140 [χρυcί]δε δύο cτα[θμ]ὸν [TO]YTON, quod «aut in τούτοιν mutandum aut negligentius (τούτων) dictum est» Boeckh. Hoc verum cfr. n. 141 v. 21, Rang. 1, 109. Ib. 150 A ἀμφιδέαι χρυcαῖ λεπταὶ ||, cταθμὸν τούτοιν. Rang. I 93. 95 φιάλα ἀργυρᾶ cταθμὸν τούτοιν. Ib. 97 (Ol. 93, 1) φι[άλ]α ἀργυρᾶ δύο cταθμὸν τούτων. — Ib. II 839 (post Euclidem) τοῖν θεοῖν (Rangabeus quid rei sit ignarus aut ταῖν θεαῖν aut τοῖc θεοῖc postulat p. 498). — C. I. 71 (circa Ol. 82) ON θεοῖν: «malim τοῖν θεοῖν et potest τον in τοῖν mutari» Boeckh. p. 109; iam procul dubio τοῖν θεοῖν legendum. Ib. 118 τοῖν θε[οῖν]. 440 τοῖν θεοῖν. Philist. II 238 τοῖν θε[οῖν]. Ib. 390. 393, qui sunt tituli inferioris aetatis est θεαῖν — ταῖν θεαῖν. —

Ib. 150 A. ΣΚΕΛΕ δύο. B. δύο ΞΕΥΓΕ non cκέλη, ζεύγη,

sed σκέλει, ζεύγει esse Boeckhius censet p. 235 el. Bekk. Anecd. III p. 1190 σπανίως δὲ καὶ ἐν τοῖς δυϊκοῖς εὑρίσκονται τὰ δύο εε εἰς τὴν ει δίφθογγον κιρνάμενα, ὡς παρ' Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ, 'τούτω τὼ πόλει'. Mihi illud dubium est. Certe non crediderim Aristophanem Thesm. 256 τὼ σκέλει vel Equ. 983 σκεύει δύο χρησίμω voluisse. Ceterum cfr. Lobeck. Path. II 56. —

Cobetus V. L. p. 70 contendit in pronominibus adiectivis participiis unam atque eandem formam esse triplici generi communem τώ, ὥ, αὐτώ, τούτω, ἀλλήλω, τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε, τὼ Ἐλευσινίω θεώ, πληγέντε, ἀκολουθοῦντε (non πληγείσα, ἀκολουθοῦσα conlatis locis Il. Θ 455 πληγέντε κεραυνῷ, Hes. O. D. 197 Αἰδὼς καὶ Νέμεσις προλιπόντ', Plat. Phaedr. p. 237 D. δύο τινὲ ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε) et corrigit formas vitiosas ταῖν θεαῖν, ταῖν, αὐταῖν, ταύταιν apud Aristophanem et Isocratem; apud Sophoclem O. C. 1676 ἰδόντε καὶ παθοῦσα in ἰδόντε καὶ παθόντε (quod iam Brunckius scripsit), frgm. 761 D. τὰ δύ' ἠπείρω in τὼ δύ' ἠπείρω mutat.

Horum alia vera sunt, alia non item. Titulis comprobatur veteres Atticos communi forma dixisse τοῖν, τούτοιν i. e. *omnia quae cum articulo cohaerent* vel articuli rationem sequuntur: τώ, τώδε, τούτω, αὐτώ, ὥ, ὥτινε, τοῖν, τοῖνδε etc., in *participiis* autem ita habuisse propriam feminini formam (ἐχούσα), ut etiam forma masculino et feminino communis usurparetur. Poetae pro metri necessitate alterutra forma utebantur. Cfr. Arist. Eccl. 1087 ἕλκοντε τοὺς πλωτῆρας ἂν ἀπεκναίετε, Ran. 565 νὴ Δία τάλαινα. νὼ δὲ δεισάσα γέ που, ubi optimi libri R. V. δεισάσα conservarunt et Meinekii tentamen (Vind. Ar. p. 167) νὼ δὲ δὴ δείσαντέ που reiciendum est. Recte igitur grammaticus quem reprehendit Cobetus Bekk. An. I 367, 33 ἀκολουθοῦντε ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσα δυϊκῶς· οὕτως Ἕρμιππος· καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις. Etiam praetulisse, cum utraque forma metro conveniret, formam feminini propriam poetas ex ratione *adiectivorum* cognosci potest. Nam adiectiva propriam feminini formam habuisse iam non potest negari. Quid

autem de Soph. O. R. 1462 ταῖν ἀθλίαιν — οἰκτραῖν τε, ubi τοῖν et (in v. sq.) οἶν scribendum est, comparato cum v. 1472 τοῖν μοι φίλοιν debet iudicari? Num Atticos post vocales et consonantem ρ terminationem ᾱ et αῖν, post ceteras consonantes ω̄ (cfr. λιθίνω quod supra adlatum est) et οῖν praetulisse? Imo intellegitur *sine nomine substantivo* in v. 1472 τοῖν φίλοιν dictum esse. Id comprobatur El. v. 977 τώδε τὼ κασιγνήτω — ὢ — ἀφειδήσαντε — τούτω — τώδε comparato cum Aesch. Pers. 184 sq. ἐκπρεπεστάτα — κασιγνήτα scil. δύο γυναῖκε. Similem rationem habet τοῖν θεοῖν. Tum vero etiam communem formam participii poetae adhibuerunt cfr. O. R. 1443 δακρυρροούντοιν, O. C. 1601 μολόντε, El. l. c. ἀφειδήσαντε, ut *praeter metrum altera causa* communis formae participii habeatur. De forma λιθίνω advertendum est, etiam communem formam λίθινος, λίθινον reperiri, et λιθίνα in alio titulo (cfr. supra) legitur. —

Conservata sunt τούτω, αὐτώ, τώδε Aesch. Pers. 188. 191 Choeph. 207, Soph. O. C. 1600, ubi La τῶιδ' habet pro τὼ δ', ὥτινε ib. 1673, ubi librorum scripturam ᾧτινι mutandam esse in ὥτινε vidit Badhamus Philol. X 339. Apud Aristophanem libri habent Av. 623 τὼ χεῖρε; 1229 τὼ πτέρυγε; Lys. 51, 452, Thesm. 566 τὼ θεώ; ib. 1228 τὼ Θεσμοφόρω; Ran. 1378 τὼ πλάστιγγ'; Equ. 424 alii τὰ κοχώνα, alii (B. Δ. et Vat.) τὰς κοχώνας, 484 τὰ κοχώνα V., reliqui τὰς κοχώνας pro τὼ κοχώνα. — Pac. 1309 ἀμφοῖν τοῖν γνάθοιν R. V. ταῖν, vulgo; Vesp. 378 τῶν θεῶν R., ταῖν θεαῖν V. vulgo, ib. 1372 τοῖς θεοῖς τοῖν θεοῖν Richterus emendavit; Eccl. 502 πρὸς ταῖν γνάθοιν, 1106 ταῖνδε ταῖν κασαλβάδοιν. Vesp. 7 ταῖν κόραιν; Thesm. 285 ταῖν θεαῖν, 948. 1152 θεαῖν, 295 ταῖν Θεσμοφόροιν, 950 αὐταῖν. Itaque uno loco (Pac. 1309) vera forma τοῖν γνάθοιν conservata est, duobus (Vesp. 378, 1372) vestigium veri. Ubique ut τοῖν θεοῖν (cfr. titulos), eadem ratione cetera sunt restituenda. —

2) De usu dualis si conferimus C. I. 137. 138. 140. 141. 150. 151. 153. 160 (δυοῖν ποδοῖν — ‖ ἑτέροιν) 161; Rang. I 56 (λαβόντοιν δυοῖν ἀνδροῖν, δυοῖν δραχμαῖν). 57. 59 (δυοῖν

δραχμαῖν). 93. 100. 104. 107—110. 125, videmus nomen, quod cum δυοῖν (genet.) coniungitur, semper, nomen quod cum δύο coniungitur solito dualem induere; paucis locis adparet pluralis pro duali; cfr. C. I. 141 v. 21 cτεφάνουc, contra v. 29. 30 [cτεφάνω χ]ρυcῶ [¦] cταθμὸν τούτοιν; ib. 150 A. περόναι δύο, ἀμφιδέαι χρυcαῖ λεπταὶ ||; ib. B. cφραγῖδε — περικεχρυcωμέναι ἁλύcειc χρυcᾶc ἔχουcαι et cφραγῖδεc δύο ἀργυροῦc δακτυλίουc ἔχουcαι, contra ib. A δύο cφραγῖδε λιθίνω ἐχούcα et ib. 151 μήλω δύο ὑποξύλω κατακεχρυcωμένω; ib. 160 || ἑτέρω μῆκοc πεντέποδε πάχοc ποδιαῖοι, ἡμίεργοι et | ἀντιμόρω τοῖc ἐπιcτυλίοιc μῆκοc τετράποδε, πλ[άτοc] πεντεπλάcτω; Rang. I 57 cα[νί]δεc δύο ἐc ἅc.

In posterioribus titulis, ut in Boeckhii tabulis rerum navalium quae minus diligenter compositae sunt I (Ol. 101, 4): κοντοὺc ¦, ζύγιαι ||, πηδάλια |, κωπῶν θρανιτίδων |; III: πηδάλια δύο etc., C. I. 93 (Ol. 108, 4) δυοῖν δραχμῶν; Rang. II 863 (c. Ol. 106, 4) . . . νεc δύο, aliis, pluralis pro duali saepius occurrit.

Universe ex illis et aliis tabulis cognoscitur in veterum Atticorum sermone dualem creberrimo usu floruisse. Cfr. Eph. A. 3754 ξύλα ἐωνήθη τὼ κλίμακε ποιῆcαι, ἐν οἷc τὼ ἀγάλματε εἰcηγέcθην καὶ ἐφ' ὧν οἱ λίθοι εἰcεκομίζοντο καὶ φάρξαι τὸ βάθρον τοῖν ἀγαλμάτοιν καὶ τὰc οὐρὰc καὶ ἰκριῶcαι περὶ τὼ ἀγάλματε κτέ. Rang. I 8 Ἑόρτιοc καὶ Ὀψιάδηc ἀνεθέτην, item ib. 24. 36. 37; ib. 24. 25 ἐποιηcάτην etc. Paucis locis (cfr. supra) τούτων occurrit pro τούτοιν.

Comprobatur igitur quod statuit Elmsleius ad Eur. Med. 798 not., δυοῖν apud Atticos duali semper iungi, δύο vero interdum plurali, dummodo *veteres* Atticos intellegamus. Corrigit Elmsleius Aesch. Eum. 600 δυοῖν γὰρ εἶχε προcβολὰc μιαcμάτοιν, ubi libri μιαcμάτων, Ag. 1384 κἀν δυοῖν οἰμωγμάτοιν, ubi libri οἰμώγμαcι. Pers. 720 dualem M. cum aliis libris exhibet (δυοῖν cτρατευμάτοιν) cfr. Ch. 304 δυοῖν γυναικοῖν, 944 δυοῖν μιαcτόροιν, 1047 δυοῖν δρακόντοιν. Elmsleium secutus est G. Hermannus (cfr. ad Ag. 1344), Dindorfius, libros Weilius. Vide ne apud tragicos alia ratio sit in no-

minibus abstractis. Sophoclem quidem video in *hominibus* etiam δύο semper cum duali iungere (cfr. Phil. 539 ἄνδρε δύο, O. R. 1505, O. C. 532. Ant. 533 δύο δ' ἄτα — hoc enim eandem vim habet —, Ant. 57 ἀδελφὼ δύο, 989 δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε), ut uno loco Trach. 539 δύ' οὖcαι vel in δύ' οὔcα vel in δύ' ὄντε corrigi debeat, contra dicere Phil. 117 δύο δωρήματα. Itaque valde dubito an Aeschylus in abstracto μάcματα, θιμάγματα duali usus non sit, et ut velis Eum. 600 δυοῖν μιαcμάτοιν scribere. Ag. 1384 *dativum* dual. nom. abstracti nullo modo probaverim. Choeph. 951 autem τωνδε mutari debet in τοῖνδε.

Frequentia autem dualis maxime ad Aristophanis fabulas attinet utpote sermonem communem colentis. Saepe dualis in libris obliteratus est: cfr. Eccl. 265 τὼ cκέλη R. Γ., vulgo τὰ cκέλη: 443 θεcμοφόρων A. B. Γ., reliqui θεcμοφόροιν; Ach. 527 R. Αcπαcίαc πόρναc δύο pro Ἀcπαcίαc πόρνα δύο; Ran. 565 R. V. δειcάcα, ceteri δειcάcαι, Pac. 1218 αὐτῶν R. V., αὐτοῖν B., Plut. 451 aliquot codd. καθάρματα: dualem citat schol. Hom. Il. A 104. καθάρματοι R., καθαρμάτοιc in schol. verbis habet V. tetr. Eccl. 1069 ὦ Διοcκόρω. Lys. 229 sq. in libris legitur τὰ περcικά, Brunckius scripsit τὰc περcικάc. Dindorfius restituit τὼ περcικὼ (schol. Ven. Nub. 169 τὸν πέρcικα).

Eccl. 848 κονίποδα libri; κονίποδαc Brunckius; «poterat etiam κονίποδε» Dindorfius. Versus est γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδα ἔχων. Nulla dubitatio esse debet, quin poeta scripserit κονίποδε, praesertim cum idem critica ratio postulet: nam non κονίποδαc in κονίποδα, sed κονίποδε post χλανίδα in κονίποδα mutatum esse consentaneum est.

Pac. 847 — πόθεν δ' ἔλαβεc ταύταc cύ; — πόθεν; ἐκ τοὐρανοῦ. Rav. ταύταc, ceteri libri ταῦτα, quod correxit Brunckius in ταύτα. Usus autem Aristophanis constans exigit, ut post πόθεν inferatur ὁπόθεν (sicut post τίc ὅcτιc, post ποῦ ὅπου etc.). Itaque Meinekius scripsit ταύτα, ὁπόθεν: Scribendum videtur πόθεν δ' ἔλαβεc ταύτα γ' — ὁπόθεν; ἐκ τοὐρανοῦ.

τοὐρανοῦ. Particula γέ famulo admirationis pleno vel maxime convenit.

Plut. 531 καίτοι τί πλέον πλουτεῖν ἔςται τούτων πάντων ἀποροῦντα; R. A. ἀποροῦντα, quod recepit Dindorfius; vulgo ἀποροῦντας; ἀποροῦντι Meinekius de Valckenarii sententia scripsit; ἀποροῦςιν Hirschigius coniecit. Scribendum ἀποροῦντοιν coll. v. sq. ὑμῖν ὧν δεῖςθον. —

Av. 120 ἱκέται in ἱκέτα emendavit Elmsleius ad Eur. Iph. T. 777 (Mus. Cantabr. VI p. 294); ib. 666 τοῖς ξένοις Meinekius in τοῖν ξένοιν. Quod eidem Lys. 1257 reponendum videtur καττοῖν cκελοῖν, quia nunquam Aristophanes aliter dixerit (Vind. Ar. p. 140 sq.), alia ratio est in dialecto Laconum. —

Plut. 485 οὐκ ἂν φθάνοιτε τοῦτο πράττοντες· εἰ τί γὰρ
ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι;

Sic R. V. habent; vulgo legitur πράττοντ' ἢ τί γ' ἄν. Bergkius delevit εἰ, quod unde in textum venerit, non perspicitur. Fuit ἢ τί ἂν et hiatus vitandi causa in aliis libris γάρ, in aliis γ' ἂν scriptum est. Cfr. 464 καί τι ἂν νομίζετε. Eodem modo φθανοίτην, quod Elmsleius ad Ach. 733 et Eurip. Med. 1041 restituit, ab aliis in φθάνοιτε, ab aliis in φθάνοιτον mutatum est. Inde enim differentia librorum repetenda est, ut hic quoque locus in argumentis praecepti Elmsleiani poni possit. Pariter Av. 127 οἰκοίτην mutatum est in οἰκοῖτ' ἂν (οἰκοῖτον Porsonus, οἰκοίτην Cobetus restituit). Praetulisse Atticos terminationem έτην ne Fritzschius quidem, qui Elmslei sententiam ad Thesm. 1159 impugnat, negare potest, et Fritzschii argumentum est incertum; corrigit Et. M. 280, 28 (frgm. 523 D.) κατηντιβολεῖτον — καί, Ἐφαίνετον. Equidem nescio an memoria de duali *imperativi* aliqua falso cum aliis commixta sit, ut καταντιβολεῖτον — ὑποπεπτωκότε imperativus sit ducendus.

IV. Nomina in εὐς.

Gen. sing. C. I. 70 (circa Ol. 81) Διός Πολιέω[ς]. Ib. 111 (Ol. 90) et 150 A (Ol. 95) Διός Πολιῶς: tab. n. X (Ol.

109, 3) Ἁλιαιέ[ωc]. C. I. 155 (Ol. 109) Παιανιῶc; ib. n. XVI (113, 4) Κυδαθηναιῶc, Ἁλιαιῶc.

Acc. sing. C. I. 213 Κυδαθηναιᾶ (paulo post Euclidem); ib. 101 et 108 (recent.) Πειραιέα; Rang. II 425 Cτειριέα; Ross demen n. 18 Λευκονοέα; Eph. A. 1393 (recent.) Cουνιέα.

Nom. plur. C. I. 8 ὦ Cιγειῆc; Rang. I 293 (ante Euclid.) οἱ ἱππῆc. Hermes II 28 (ed. Koehler) (Ol. 92, 4) [A]N[AΛP]-ΑΦΕΣ i. e. ἀναγραφῆc (non ἀναγραφεῖc); ib. v. 14 ΗΥ¯Σ i. e. ΗΥΕΣ (ὑῆc). C. I. 82 Πλωθῆc (c. Ol. 100, 4); ib. 455 (bonae aetat.) πλυνῆc. Rang. II 381 (Ol. 100, 3) Ἑcτιαιῆc etc. cfr. Philol. X p. 178; ib. 1001 (paulo post Euclid.) -ῆc; 1278. 2351 -ῆc; ib. 1254 c. Ol. 100 Φλυῆc etc. II 868 ἀμφ]ορῆc (Ol. 107, 3?); ib. 960 paulo post Ol. 100 ἀμφορῆc saepe, bis ἀμφορεῖc. Eph. A. 3419 [K]ικυ[ν]ῆc (sic cum spatio unius v). Rang. II 1276. 1280. 1281. 1283 Φαληρῆc. Tab. n. XIV Ol. 113, 4 Χαλκιδῆc, κωπεῖc; C. I. 196 -εῖc et -ῆc. Ross demen I (Ol. 114, 2) Εἰκαδέεc; ib. II, III -ῆc; ib. IV (*Ol. 113, 4*) -έεc, -εῖc, -ῆc (cfr. Eph. A. 725. Rang. II 1165); Rang. II 1258 -εῖc, -ῆc (c. Ol. 118); C. I. 196 b -ῆc et -εῖc. Rang. II 1274. 1275. 2350. 993 -εῖc. C. I. 93 (Ol. 108, 4) Αἰξωνεῖc; ib. 101 Πειραιεῖc ib. 103 (c. Ol. 114) Πειραιεῖc; ib. 115 (post Ol. 123) Ἐρικεεῖc etc. M. H. E. Meier Com. Epigr. 19 et 22 -εῖc. —

Gen. plur. C. I. 101 (Demosthen. fere aet.) Πειραιέων et Πειραιῶν; 102 Πειραέων. (Ib. 82 non esse Ἁλαιῶν H. Sauppius docet Mus. Rh. N. IV 289 sqq.).

Acc. plur. C. I. 73 c. B. Ἑcτιαιᾶc; ib. 82 Πλωθέαc, Ἐπακρέαc (c. Ol. 100, 4); 93 Αἰξωνέαc; 99 τοὺc cυλλογέαc. Hermes II 28 (Ol. 92, 4) τοὺc βαcιλέαc. C. I. 101 (Demosth. f. aet.) τοὺc ἱερεῖc et Πειραιεῖc (τελεῖν δὲ αὐτὸν τὰ αὐτὰ τέλη ἐν τῷ δήμῳ ἅπερ ἂγ καὶ Πειραιεῖc; an propter ἂν nominativus habendus est?). Ib. 85 b (Ol. 102, 3) τοὺc ΥΕΙΣ (ὑεῖc pro υἱεῖc; ῑ in υἱόc saepe omittitur in titulis). Ib. 120 (Ol. 100—115) Πειραέαc. Ep. Hell. An. 1860 n. 75 (recent. aetat.) τοὺc ἱππεῖc. —

De *dativo pl.* ΤΟΚΕΣΙ C. I. 948 cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 38, ubi de υἱέςι, δρομέςι agitur.

Ex his cognoscitur in sermone communi nomina in ευς nominativum pluralis finivisse apud Atticos in ῆς idque constanter usque ad Ol. 100 fere, inter Ol. 100 — Ol. 113 initio (usque ad Ol. 107) terminationem ῆς praevaluisse, post Ol. 113 rarius ῆς frequentius εις esse atque iam etiam έες reperiri in nominibus gentiliciis, omnino autem in nominibus gentiliciis terminationem ῆς diutius obtinuisse quam in nominibus appellativis. Tituli circa Ol. 113 vel post Ol. 113 exarati in nominibus gentiliciis aut fluctuant aut εῖς habent, ut titulus apud Ross demen n. 2, qui constanter ῆς servat, cum maiore probabilitate de Rossii sententia Olympiadi 93, 1 quam de Rangabei (II 1253) sententia Olympiadi 120, 2 tribuatur. — C. I. 76 (c. Ol. 90, 2) (Rang. I 118) Boeckhius (et Rang.) supplet ΗΙΕΡ[ΕΙΣ], sed numerus literarum (cfr. Rang. v. 13) tituli στοιχηδὸν exarati argumento est ΗΙΕΡΕΣ i. e. ἱερῆς supplendum esse. Neque n. 72 in ΙΗΕΡΕΙ Boeckhii supplementum οἱ ἱερεῖς recte se habere videtur, nisi forte in sacro titulo illa forma ferri debet. —

In libris falsa ducti opinione librarii qui ῆς ex εῖς repetebant terminationi ῆς saepissime ι adscripserunt (cfr. Eustath. ad Il. A 70 ἱερῇς, βασιλῇς, ἱππῇς, ut εἰκάζω, ᾔκαζον). De hac scriptura nemo iam dubitare potest, qui non perverse de librorum auctoritate vel grammaticorum memoria falsa opinione corrupta iudicat. Cfr. Greg. Cor. p. 99 τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς εἰς εἰς πληθυντικὰς εὐθείας διὰ τοῦ η γράφουσιν κτέ Bekk. Anecd. III 1198 εε — καὶ ἐν τοῖς πληθυντικοῖς εἰς η̄, οἷον ἱππέες ἱππῆς καὶ βασιλέες βασιλῆς. Ταῦτα δὲ Ἀττικά εἰσι καὶ ἐπὶ μόνων τῶν εἰς ευς τοῦτο ποιοῦσιν οἱ Ἀττικοί.

Saepe terminatio ῆς consuetudine posterioris aetatis obliterata est. Soph. Ai. 189 La habet βασιλῆς, ib. 960 βασιλῆες; O. R. 18 libri praebent ἱερεῖς, Brunckius restituit ἱερῆς. Aristophanis libri saepe terminationem ης servaverunt ut Lys. 422, Eccl. 415, 1086, Ran. 1093, Nub. 1203 (ἀμφορῆς, contra Plut. 807 ἀμφορεῖς A. C. D. E. V. et Mut. tres); Ach. 535 meliores libri Μεγαρῆς, ib. 526 Μεγαρεῖς omnes, Pac. 481

R. V. Μεγαρῆς; Nub. 210 R. Κικυνεῖς, V. Κικυννεῖς, quod ex R. auctoritate Κικυνῆς debet scribi ut 134 Κικυνόθεν, cum etiam in titulis interdum unum ν occurrat. — Thucydidis libri plerumque vel εις vel ῃς exhibent. Ubique ῆς restituendum. —

Terminatio accusativi pluralis solebat esse έας. Infrequens erat usus contractionis ᾶς praecedente vocali atque etiam contractio in gen. sing. et plur. et in acc. sing. magis recentioris usus videtur (cfr. Bekk. An. III 1194. 16). Ἑστιαιᾶς, quod ex antiquo titulo allatum est, concursum complurium vocalium causam habere videtur, ut apud Thucydidem secundum libros I 114 Ἑστιαιᾶς, III 52 Πλαταιέας, V 51 Μηλιέας, VII 57 Δωριέας scribendum, contra libros I 107 Δωριέας restituendum et Arist. Av. 1040 Νεφελοκοκκυγιέας probabilius sit. Cfr. Thuc. IV 100 Μηλιέως. Cfr. Lob. Path. II p. 99 sq. —

Opinionem grammaticorum accusativum pluralis solum in εις, non in ῆς terminatum esse (cfr. Greg. Cor. p. 100 et Bekk. An. III p. 1195, 4 καὶ βασιλῆς Ἀττικῶς διὰ τοῦ η. Ἡ δὲ τούτων αἰτιατικὴ διὰ τῆς ει διφθόγγου μόνως λέγεται, οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ η cfr. ib. 1191 οὐ ποιοῦσιν ὁμόφωνον τὴν αἰτιατικὴν τῇ εὐθείᾳ) inde repeto, quod veteres Attici semper dicebant έας, contracta forma autem eius est aetatis, qua etiam in nominativo εῖς praevalebat. Nam Sophoclem Ai. 390, ubi La quoque βασιλῆς exhibet, dixisse βασιλῆς diserte testatur Herodianus Bekk. III 1195, 6, ubi additur: ἔστι δὲ καὶ παρὰ Ξενοφῶντι τοὺς νομῆς διὰ τοῦ η. Itaque nihil dubitare licet, etiam Aristophanem Av. 1356 τοὺς πελαργιδῆς, non quod libri habent πελαργιδεῖς, voluisse. Apud Thucydidem semel occurrit τοὺς Πλαταιεῖς, saepius Πλαταιέας; itaque et illud et VI 30 υἱεῖς corrigendum est. Quod Thom. M. 367, 10 habet υἱέας καὶ υἱεῖς, ad recentiorem usum pertinet. Cfr. Io. Tzetz. p. 115 ed. Herm. ἐκεῖνοι γὰρ πλὴν τῶν κυρίων πάντα ἢ γράφουσιν βασιλῆς ἀριστῆς ἱππῆς καὶ τὰ ὅμοια· οὐ μὴν δὲ καὶ Δημοσθένης ἢ Ἀντισθένης ἐπὶ εὐθείας πληθυντικῆς ἢ αἰτιατικῆς ἢ γράφουσιν. Quod autem hic et Et. M. 473, 38 et Bekk. An. 1194, 20 Οἱ Πηλέες καὶ οἱ Πηλεῖς. Ἰστέον ὅτι ἐπὶ τῶν

εἰς ευς κυρίων ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν τὰ δύο εε εἰς τὴν ει δίφθογγον cυναλείφει μόνως, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ ὄντων κυρίων εἰς τὴν ει δίφθογγον cυναλείφει τὰ δύο εε καὶ εἰς τὸ η Ἀττικῶς, nomina propria excipiuntur, credibile id est nec tamen grammaticis exempla superioris aetatis suppetivisse puto. Θηcέες ex Plat. Theaet. 169 B adfertur Bekk. An. I 98.

V. Nomina

1) in κλῆς.

Nom. κλέης: C. I. 158 (marm. Sandw. Ol. 101, 3) Ὑψοκλέης, Ἀγαcικλέης, Πατροκλέης, Ἀγακλέης. Ib. 171 (c. Ol. 110) Μενεκλέης praeter Ξενοκλῆς, Κτηcικλῆς, Ναυκλῆς etc. Ib. 647 (non ita multo post Euclid.) Φιλοκλέης. Rang. II 971. 1580 Cωκλέης; ib. 1068 [Διο]κλέης; ib. 1275 Πειθοκλέης et Λυcικλέης. M. H. E. Meier Com. Ep. n. 59 [Εὐ]κλέης; Eph. A. 3422 (Rom. aet.) Ξενοκλέης.

Gen. κλέου (C. I. 158 Ol. 102 Ὑψοκλέους Ep. Hell. An. n. 57 ante Ol. 105 ut videtur Ἑκατοκλέους); C. I. 115 (post Ol. 123, 2) Φιλοκλέους, Λυcικλέους et Δημοκλέου, quod minus iure propter Φιλοκλέους Boeckhium correxisse cognoscitur ex Ross demen n. 99, ubi Ἀνδροκλέου et Ἀνδροκλέους. — Rang. II 1414 Φιλοκλέου; ib. 1612 Πυθοκλέου. Ep. Hell. An. 1860 n. 58 Θραcυκλέου (ib. 3 Macedon. aet. Μενεκλέους et 49 Περικλέους). —

Acc. κλῆν C. I. 109 Cτρατοκλῆν, 110 Ἐπικλῆν, 115 (post Ol. 123, 2) Εὐκλῆν. Cfr. 130. Rang. II 1165 Ἱεροκλῆν; ib. 1274 Ἐπικλῆν. M. H. E. Meier l. c. 65 Μενεκλῆν. Eph. A. 1393 Πατροκλῆν; 1412 Cοφοκλῆ[ν]; 2465 Λυcικλῆν; 3010 Φιλοκλῆν (cfr. 3444, 4045); Eph. A. Nov. 180 Ἀγαθοκλῆν. —

2) in κράτης.

Gen. (Rang. II 972 vel Eph. A. 2792 Ol. 99, 1 Φιλοκράτους; C. I. 158 Ol. 101 Πολυκράτους; Rang. II 2467 ante Ol. 105, 4 Ναυcικράτους cfr. 1583. 1292. 1498 Ἀριcτοκράτους, 1752 Cωκράτους). — C. I. 115. 178 (post Ol. 123, 2) Ἐπικράτου, Μενεκράτου cfr. ib. 471. 659. 664. Ib. 162 (Ol. 120

—130) Καλλικράτου cfr. ib. 643; ib. 6576 Ἀντικράτου; 610 Φιλοκράτου, 811 Cωκράτου. Ross demen 16 Cωcικράτου; 155 et 24 Καλλικράτου. Cfr. Rang. II 1268. 1327. 1357. 1364. 1401. 1449. 1450. 1530. 1609. 1662. 1665. 1934. 2202 (Πολυκράτουc et Νικοκράτου). 2420. 2296 Ep. H. An. 1860. n. 49. —

Acc. Ἀcτυκράτην Rang. II 386 (Ol. 102, 2 vel 104, 2); tab. nav. XIV (Ol. 113, 4) Δημοκράτην. C. I. 110 Ἐπικράτην (ibidem est Ἐπικλῆν); ib. 115 (post Ol. 123, 2) Νικοκράτην. —

3) in φάνηc.

(C. I. 141 e. Ol. 90 Εὐφάνουc). C. I. 115 (post Ol. 123, 2) Ἀριcτοφάνου; Rang. II 1392 Μηνοφάνου; ib. 1598 Ἀριcτομένου. —

C. I. 102 (Ol. 100—115) Ἀριcτοφάνην; tab. nav. X (Ol. 109, 3) Θεοφάνην. —

4) in cθένηc.

(C. I. 158 Ol. 102 Ἐπιcθένουc). Ross demen 99 Ἀλκιcθένου (cfr. Rang. II 1499). Rang. II 1424 Κλεοcθένου; 1592 Ἐχεcθένου. Cfr. C. I. 130 Καλλιcθένου. — C. I. 115 Ἀντιcθένην.

Cfr. C. I. 158 (Ol. 102), Rang. II 1447. 1562. 1818 Θεαγένουc vel Θεογένουc; ib. 1543 Θεογένου. Ep. Hell. An. 1860 n. 49 Cωγένου. Ross demen 167 Πραξιτέλου; C. I. 110 Ἀριcτοτέλην. Tab. nav. XIV (Ol. 113, 4) τριήρην.

5) in ηc gen. ου.

C. I. 128 (paulo post Euclid.) Ἀντιφάτουc; 213 (paulo post Eucl.) Ἀντιφάτου. Rang. II 1358 (bon. aet.) Καλλιάδουc; ib. 1448 Καλλιάδου. Ib. 1523 (non ita multo post Eucl.) Αἰcχίνουc; Ib. 1617. 1645. 1660 Αἰcχίνου. —

Ex his universo statui potest ἑτερόκλιcιν nominum in ηc, εοc magis esse recentioris usus.

Iam ut singula persequamur, nominum in κλῆc genetivus in κλέου et acc. in κλῆν maxime recens est nec fortasse ante Ol. 123 referendus. (Filius Sophoclis non scripsit in epitaphio Cοφοκλῆν πρωτεῖα λαβόντα.)

Crebra est in nom. soluta forma κλέης, quum inprimis sermo vulgaris frequentasse videtur. Itaque Aristophanes, qui habet ubique Μεγακλέης, Περικλέης, Σοφοκλέης, Ἱεροκλέης, Ξενοκλέης, Φιλοκλέης, contra Ἡρακλῆς (Ran. 282. 464. 581 Lys. 928, Vesp. 60, Ach. 860) et Θεμιστοκλῆς (Equ. 884) sermonem vulgarem secutus esse nec formam contractam nisi metri causa adhibuisse videtur (cfr. Eupol. frgm. apud schol. Arist. Pac. 1036 Παντακλέης). Av. 1295 invicem metri causa Φιλοκλέει pro Φιλοκλεῖ. —

Eidem aetati, cuius est accus. κλῆν et gen. κλέου, *genetivi* κράτου, φάνου, σθένου, γένου, μένου, Πραξιτέλου, acc. τριήρην tribui debent. —

Accusativi in κράτην melioris sunt aetatis. Atque etiam accusativi φάνην, σθένην, τέλην paulo post Ol. 100 magis magisque in vulgarem usum venisse videntur. Omnino enim illae formae deterioris notae, cum inprimis in monumentis sepulcralibus occurrant, magis sermonis vulgaris propriae fuisse cognoscuntur. Aristoph. Thesm. 235 libri Κλεισθένην, emendavit Κλεισθένη Elmsleius; Lys. 1092 recte libri Κλεισθένη, quod Nub. 355 metro requiritur (R. V. nihilo minus Κλεισθένην). Lys. 103 recte libri Εὐκράτη; Av. 513 Λυσικράτην R., Λυσικράτη ceteri libri; 1077 Φιλοκράτην Vat., ceteri Φιλοκράτη; Nub. 182 Σωκράτην libri scripti plerique omnes; item 1465. 1477. — Plut. 328 Ἄρην deteriores libri habent. Soph. O. C. 375 Πολυνείκη, aliis locis (Ant. 198) Πολυνείκην; Aesch. Sept. 1067 M. Πολυνείκη, alii libri Πολυνείκην. Recte igitur P. Elmsleius Rev. of Markl. Suppl. Quarterly Rev. XIV p. 453 (ed. Lips. 1822 p. 221) accusativos Πολυνείκη, Διομήδη, Γανυμήδη, Ἀριφράδη, Λυσικράτη, Κλεισθένη, Παλαμήδη, Διοπείθη in libris poetarum scenicorum restituit. Lobeckii causa Path. II 173 alienam rem infert. Neque, id quod Ellendtius lex. s. v. Ἄρης opinatur, Ai. 1196 Ἄρην tutum est, sed recte se habet La scriptura Ἄρη.

Bonae notae sunt genetivi Ἀντιφάτους, Καλλιάδους, Αἰσχίνους. In hos cadit quod Photius p. 289, 10 tradit Ναυσικύδου καὶ σὺν τῷ ς, καὶ τὰ ἄλλα ὅμοια διττῶς Ἀριστο-

φάνης. Recte igitur Vesp. 74, ubi R. V. et schol. Nub. 31 Προνάπους praebent, id Dindorfius vulgato Προνάπου praetulit. Eccl. 426 in omnibus libris legitur Ναυσικύδους. Iam etiam Av. 822

ἵνα καὶ τὰ Θεογένους τὰ πολλὰ χρήματα
τά τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα,

ubi vitiosi γὲ tollendi causa Dobraeus τοῦ τ' Αἰσχίνου τὰ πάντα, G. Hermannus τά τ' Αἰσχίνου 'σθ' ἅπαντα, Meinekius καὶ τἀσχίνου γ' ἅπαντα, speciose M. Hauptius τά τ' Αἰσχίνου τάλαντα scribendum esse suspicati sunt, restitui debet:

τά τ' Αἰσχίνους ἅπαντα. —

VI. Πνύξ, πυκνός.

Rang. II 889 (ante Ol. 84) ὅρος ΠΥΚΝΟΣ; ib. 2285 εἰς τὰ Διονύσια τὰ πε[ρὶ πν]ύκα.

Cfr. Steph. Byz. s. v. Πνύξ. Πνὺξ τὸ παρ' Ἀθηναίοις δικαστήριον, περὶ οὗ φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς περὶ παθῶν οὕτως· ἔστιν οὖν πυκν ὄνομα κύριον· οὐ δύναται δὲ καταλῆξαι, καὶ ὑπερετέθη τὸ υ, καὶ ἐτράπη τὸ κ εἰς ξ, πνύξ. ὑπέρθεσιν ἄρα ἔχει διὰ τὴν κατάληξιν· ἐν δὲ τῇ γενικῇ ἀπέλαβε τὴν τάξιν μετὰ τοῦ κ πνύξ, πυκνός, 'τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας' (Arist. Equ. 1109), 'τοῦ λίθου τοὺν τῇ πυκνί' (Pac. 680), καὶ πύκνα. Cfr. schol. ad Arist. Equ. 165. —

Arist. Equ. l. c. R. V. πυκνός, vulgo πνυκός, consentiente Suida. Pac. l. c. R. V. Γ. πυκνί, vulgo πνυκί. Equ. 165 γρ. πνυκὸς Γ. πνυκὸς A. B. Vaticanus Kusteri et Θ. correctus (cfr. Dind. adn.); ib. 1137 πυκνί V. πυκνῇ R., vulgo πνυκί; Eccl. 243 πνυκί A. B.; Vesp. 31 πυκνί R. V. Iunt. schol. Ach. 20, πνυκί Ald; Eccl. 384 πύκνα R., vulgo πνύκα. Itaque optimi libri rectam formam conservarunt.

Thuc. VIII 97 ἐς τὴν Πύκνα; ib. πυκναί: «Kohn. ad Poll. VIII 132 emendat Πνυκί (s. πυκνί). Recepta lectio satis commodum sensum habet» Duker. Illa emendatio nescio an recte se habeat et putandum sit πυκνὶ in πυκναὶ mutatum esse, cum post ὕστερον intercidisset ἐν: ἐν πυκνὶ ἐκκλησίαι;

quamquam post ea quae praecedunt magis probetur ἐν τῇ πυκνὶ ἐκκλησίαι. —

Eust. ad Il. Ψ 660 ὡς δὲ ἐκ τοῦ πτύσσω πτύξω γίνεται καὶ τὸ πτὺξ πτυχός, καὶ τὸ πνὺξ πνυχός, ὄνομα δικαστηρίου Ἀττικοῦ, ὅπερ ἡ κοινὴ χρῆσις πνυκὸς κλίνει. Utique si hoc intellegebat Eustathius, formae πνυκός, πνυκί, πνύκα recentiori usui tribuendae sunt, quod illo titulo, si modo recte supplevit Rangabeus, comprobatur. Quo forma πνυχός pertineat nescio. An vulgaris forma fuit, ex studio aspiratorum repetenda?

VII. Adiectiva.

1) Rang. II 868 (Ol. 115) ὑγιῆ, contra Eph. A. 948 in eodem titulo ὑγιᾶ exhibet. Rang. II 1009 πόνον οὐκ ἀκλεᾶ τόνδ' ἐλάτρευσα θεᾷ. — Arist. Thesm. 968 libri habent εὐφυῆ, Atticam formam εὐφυᾶ reposuit Brunckius. —

Beulé l'acrop. d'Athènes II 334 n. 14 est καὶ ἀπάσην τὴν κτέ, quod vitium quadratarii habendum videtur. —

2) Εὔνους (pro εὖνοι).

In titulis inferioris aetatis comparet forma pluralis εὔνους pro εὖνοι: Eph. A. 3651 ὅσοι εἰσὶν εὔνους καὶ φίλοι τοῦ δήμου; ib. 1311 εὔνους ὄντες διατελοῦσι. E. Curtius de portubus Athen. p. 46 (Ol. 119, 3) διατετελέκασιν εὔνους ὄντες. Ep. Hell. A. 1860 n. 3 (Maced. aet.) εἰσὶν εὔνους καὶ φίλοι. —

Cfr. Bekk. An. III 1196, 24 ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν οἱ εὖνοί ἐστιν· οἱ γὰρ χρησάμενοι καὶ εἰπόντες οἱ εὔνους κακῶς ἐχρήσαντο· κακῶς καὶ παρὰ τὴν ἀναλογίαν οἱ φιλόσοφοι χρῶνται λέγοντες τὸν νόα τὴν αἰτιατικὴν τῶν ἑνικῶν, καὶ οἱ νόες τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν, καὶ τοὺς νόας τὴν αἰτιατικὴν τῶν πληθυντικῶν. σεσημείωται παρὰ Φιλήμονι τῷ κωμικῷ οἱ εὔνους· τοῦτο γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ παρὰ φιλοσόφοις· εὔνοες γὰρ γέγονε κατὰ κρᾶσιν (legendum videtur τοῦτο γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ παρὰ φιλοσόφοις εἰρημένου νόες γέγονε κατὰ κρᾶσιν cfr. l. sq.).

Et. M. 606, 23 Νόες· ὅτι κακῶς λέγεται καὶ παρὰ ἀναλογίαν

χρῶνται λέγοντες τὸν νόα τὴν αἰτιατικὴν τῶν ἑνικῶν, καὶ οἱ νόες καὶ τοὺς νόας· δέον γὰρ τὸν νοῦν λέγειν καὶ οἱ νοῖ· Οἱ νοῖ σεσημείωται παρὰ Φιλήμονι τῷ κωμικῷ· τὸ οἱ εὔνους γὰρ εὔνοες τὸ παρὰ φιλοσόφοις εἰρημένον γέγονε κατὰ κρᾶσιν εὔνους· οἱ εὖνοι δὲ δεῖ λέγεσθαι. Hic locus corruptus est: scribendum videtur: δέον γὰρ τὸν νοῦν λέγειν καὶ οἱ νοῖ καὶ οἱ εὖνοι. Σεσημείωται π. Φ. τ. κωμικῷ τὸ οἱ εὔνους· τὸ γὰρ εὔνοες ὡς τὸ παρὰ φιλοσόφοις εἰρημένον νόες γέγονε κατὰ κρᾶσιν εὔνους (cfr. locum qui praecedit et Meinek. frgm. Com. IV 65 et L. Dind. Thes. III 2363).

Bene Koen. ad Greg. C. p. 480: In Lys. or. c. fam. obtr. p. 159 pro εὔνους ὄντες vel εὐνοοῦντες ut p. 236, 9 vel εὖνοι ὄντες ut p. 322. 364 legendum est. —

3) Χρύσεος.

C. I. 107 χρυσέῳ στεφάνῳ. Cfr. Ellendt. lex. Soph. II praef. IV de diaeresi pronuntiationis alias vulgo contrahi solitorum. Aristophanes eiusmodi diaereses saepe habet in canticis et anapaestis. Cfr. Aesch. Choeph. 686 χαλκέου.

4) Ἀμεινότερος. Λῷων.

De comparativo ἀμεινότερος, qui adfertur ex Mimnerm. apud Stob. fl. VII 12, 9 et anon. apud Philon. II 500, 18, vide quod Rangabeus I 250 l. 12 in ΑΜΕΙΝΟΣ deprehendere videtur adverbium ἀμείνως (p. 322). Cfr. Phryn. 136 εἰ ποιητὴς εἶπεν ἀμεινότερον, χαιρέτω — συγκριτικὸν γὰρ συγκριτικοῦ οὐ γίνεται. —

Hermes I 312 (ed. Koehler) λῶο[ν] (sic) καὶ ἄμεινον. Adfero hoc, quia Arist. Av. 823 dubitatur an forma λῷον magis poetica ei Pithetaeri sermoni conveniat. —

5) Πλείων.

C. I. 82 ΠΛΙΟ pro πλέον; 102 ΠΛΕΩΝ p. πλέον; 103 ΠΛΕΙΑ pro πλείω, ib. πλείω et πλείων; 108 πλεῖον ἀργύριον, ib. 440 π[λ]είων.

Cfr. Reisig. Coniect. Arist. p. 43: «Omnino πλέων, πλέω, πλέους nescio an nunquam dixerint Atticorum poetae scenici

vel in universum antiqui scriptores Attici pro πλείων, πλείω, πλείους; πλέω tantum in genere neutro, quo genere legere memini apud scriptores Atticos sine scripturae ulla discrepantia» et Poppo. prol. Thuc. I p. 223. —

VIII. De δύο.

ΔΥΟ (non δύω) Atticos scripsisse multi docent tituli, ut C. I. 150 (Pl. 95, 3); 93 (Ol. 108, 4); Rang. II 863 (Ol. 106). Cfr. Markland. ad Eur. Iph. A. 1247 δύω φίλω: Viri docti [«Daw. Misc. Cr. p. 347, Valckenaer. Phoen.» Porsonus] statuunt Atticos non scripsisse δύω sed δύο; aliter tamen Arist. Equ. 1350, ubi metrum non admittit δύο [«locum correxit Brunckius» Δί' εἴ γε pro Δία γ' εἰ]. —

Falsa igitur traduntur Et. M. 289, 30 κοινῶς μὲν γὰρ διὰ τοῦ ō μικροῦ, Ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου· καὶ ποῖόν ἐστιν ἀναλογώτερον; τὸ διὰ τοῦ ω̄ μεγάλου, ut falsa ratio etiam memoriam perdidisse videatur; nam ad veteres Atticos illud pertinere non potest.

Genetivus in omnibus antiquioribus titulis est δυοῖν; in inferioribus interdum occurrit δυεῖν; cfr. Ussing I. Gr. in. 64 δυεῖ[ν], Eph. A. 1074 (post Ol. 106, 1 cfr. Rang. II 472) δυεῖν σωμ[άτων σ]υνεσκευασμένων, 2751 [κ]λήρων δυεῖν; atque *dativus* δυσὶ (Eph. A. 4104 post Ol. 122 δυσὶ πλοίοις; ib. 1202 (Rom. aet.) εἰκόσιν χαλκαῖς δυσίν; ib. 1950 [ἐν στήλ]αις δυσί.

Itaque quae tradit ex aliquo lexico Eustathius ad Il. K 251 λέγει δὲ τὸ αὐτὸ λεξικὸν καὶ ὅτι τὸ δυοῖν καὶ ἐπὶ δοτικῆς παρὰ Ἀττικοῖς οἷον 'δυοῖν γυναικοῖν εἷς ἀνὴρ οὐ στέργεται' — ἐν ἑτέρῳ δὲ τόπῳ φησὶ καὶ ὅτι δύο καὶ ἐν τῷ ω̄ δύω ἤγουν δύο διὰ τοῦ ō μικροῦ καὶ δύω κατὰ ἔκτασιν Ἀττικοὶ λέγουσιν ἑκατέρως, δυοῖν δὲ ἐπὶ γενικῆς καὶ δοτικῆς, τὸ δὲ δυεῖν σπάνιον παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ἔστι δ' ὅμως παρὰ Θουκυδίδῃ — τὸ δὲ δυσὶ βάρβαρόν φησι καὶ κατὰ χρῆσιν Ἀττικὴν καὶ κατὰ λόγον γραμματικόν· λέγει δὲ καὶ ὅτι νεωτέρων τὸ γράφειν δυεῖν· οὐδὲν γὰρ δυϊκὸν εἰς ειν λήγειν φασὶν

οἱ ἀναλογικοί, eorum alia vera alia falsa sunt; credi non potest Thucydidem etiam δυεῖν adhibuisse, quum et a scriptoribus et a titulis antiquioribus alienum sit (cfr. Poppo. prol. I p. 223 sqq.). — De δυεῖν et δυcὶ cfr. etiam Phryn. p. 210 Lob. δυcὶ μὴ λέγε, ἀλλὰ δυοῖν· δυεῖν δ' ἐcτι μὲν δόκιμον, τῷ δὲ ἀλλοκότως αὐτῷ χρῆcθαι ἐπιταράττεται· ἐπὶ γὰρ μόνης γενικῆς τίθεται, οὐχὶ δὲ δοτικῆς. Contra dicit Thomas M. p. 90, 15 Rtschl. δυοῖν, μὴ δυcὶν — καὶ ταῦτα μὲν Φρύνιχος ἀπαγορεύων καθάπαξ τὸ δυcὶν, εὕρηται μέντοι καὶ τοῦτο παρὰ τοῖc ῥήτορcι. Θουκυδίδηc (VIII 101) ἐπιcιτιcάμενοι δυcὶν ἡμέραιc καὶ Ἀριcτείδηc (II, 4) — κρεῖττον μέντοι τὸ δυοῖν. Et haec Thomae et illa Eustathii de Thucydide memoria repetenda est ex falsa librorum scriptura, quae fluxit ex posterioris aetatis dicendi consuetudine. —

IX. 1. Ταὐτό, ταὐτόν.

Rang. I 57 (Ol. 93) ἀνάλωμα τὸ αὐτόν et ἀνάλωμα τὸ αὐτό in simili clausula. C. I. 160 μῆκοc τὸ αὐτόν, κυματίου κτέ. Rang. II 422 εἰc τὸ αὐτὸ, καὶ κτέ. Cfr. C. I. 73 c (c. Ol. 84) τῷ αὐτῷ μηνί; ib. 147 τῇ αὐτῇ. —

Refellitur his Lobeckii (Pathol. II 197 not. 1) sententia τὸ αὐτόν non magis Graecum esse quam τὸ τοῦτον, quod removerint interpretes Gregorii. —

De ταὐτόν, ταὐτό, τοιοῦτον, τοcοῦτον cfr. Elmsl. ad Eur. Med. v. 550, Suppl. 423, Soph. O. C. 790, O. R. 734, Eur. Med. 254, Hermann. ad Aesch. Prom. 802, Lobeck. Pathol. II 197 sqq.

Et. M. 748, 5 τὸ ταὐτὸν οὐ πλεοναcμὸc ἀλλ' ἀναλογία· αἱ ἀντωνυμίαι εἰc ο περατοῦνται, αὐτό, ἐκεῖνο, τοῦτο, Ἀθηναῖοι οὖν μετὰ τοῦ ἄρθρου λέγοντεc μετὰ τοῦ ν λέγουcι ταὐτόν ἀναλόγωc.

Elmsleius τοιοῦτο et τοcοῦτο prorsus a tragicis abiudicavit. Officit Aesch. Prom. l. c., ubi vel cum Elmsleio τοιοῦτο μὲν in τοιοῦτον ἕν vel cum Blomfieldio in τοιόνδε μέν mutare molestum est.

Arist. Nub. 832 τοcοῦτον codd. plerique et Suidas in μανιῶν et χολᾶcι; alii τοcοῦτο. Ran. 1399 τοιοῦτον V. et Mut., τοιοῦτα ceteri. Lys. 1225 τοιοῦτον omnes libri. Itaque putaverim illam memoriam Et. M. non tam ad tragicos quam ad Aristophanem adtinere qui exprimeret proprium Atheniensium sermonem. Hoc mihi comprobari videtur eo, quod Aristophanes permultis locis ταὐτόν ante vocalem dixit, nullo ταὔτ' cum elisione ultimae syllabae (Ran. 1161. Nub. 546. Ran. 1250 ταὔτ' est τὰ αὐτά), contra τὸ γὰρ αὔτ' ἐὰν κτἑ. Plut. 482 usurpavit. (Ran. 168 Bergkius et Teuffelius Mus. Rhen. N. XV 472 sqq. ἐπὶ ταὔτ' ἔρχεται coniciunt). Itaque etiam Nub. 234 πάcχει δὲ ταὐτὸν τοῦτο scribendum puto (cfr. exempla a Lobeckio l. c. p. 197 de ταὐτὸν τοῦτο cumulata).

Omnino Aristophanes ubique forma ταὐτόν, τοιοῦτον, τοcοῦτον usus esse, tragici non nisi metri causa alteram formam admisisse videntur (cfr. Soph. O. R. 1405 ἀνεῖτε ταὐτὸν cπέρμα, contra Trach. 425 κλύειν γ' ἔφαcκον. ταὐτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται).

Recte Meinekius (Vind. Arist. p. 195) Dobraei coniecturam ad Eccl. 503 καὶ ῥίπτει cάκον πρὸς τοῖν γνάθοιν ἔχουcα χαῦται γὰρ ἥκουcιν πάλαι τὸ cχῆμα τοῦτ' ἔχουcαι prolatam πάλιν τὸ cχῆμα ταὔτ' ἔχουcαι improbavit. Quia τὸ cχῆμα τοῦτ' ferri non potest, Meinekius coniecit τὸ cχῆμα τὸ πρὶν ἔχουcαι. Mihi non solum τοῦτ', sed etiam ἔχουcαι post praecedens ἔχουcα molestum est et ἔχουcαι indidem originem ducere videtur. Has ob causas suspicor poetam scripsisse: πάλαι τὸ cχῆμα μεταβαλοῦcαι (cfr. 499 μεταcκεύαζε). —

2. Οὐθείc. Οὐδὲ εἷc.

a. Ex titulo a Rang. II 381 edito, Ol. 100, 3 exarato, in quo his scribitur μηθενί, discimus iam Ol. 100, 3 scripturam οὐθείc, μηθείc in usu fuisse.

Tab. nav. I a (Ol. 101, 4) οὐθέν. (Ib. III et XI rursus οὐδὲν legitur). Rev. arch. N. 1863 VIII p. 92 (ante Ol. 105, 4) Οὐθείc (ΟΘΕΙΣ scriptum); eiusdem aetatis est M. H. E. Meier. com. ep. 1. ubi μηθενί: ib. 5 μηθενί. Ep. Hellen.

An. 1860 n. 5 οὐθέν· Eph. A. 372 μηθέν; 3197 οὐθεὶς; 3376 οὐθέν; 3492 μηθεὶς; 4042 οὐθένα. Eph. A. N. 118 μηθένα. 198 (Ol. 115, 4) μηθέν. C. I. 125 μηθείς; Philist. III 150 οὐθέν, μηθένα. —

b. Rang. I 271 (ante Eucl.) μηδὲ ἑνί. C. I. 73b (c. Ol. 84) οὐδ. HENA i. e. οὐδὲ ἕνα. M. H. E. Meier Com. ep. 2 (post Ol. 114) μηδὲ εἷς.

Οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς (οὐδεεὶς, μηδεεὶς) frequentat Aristophanes (cfr. Ran. 927. Lys. 1044. Plut. 37. 138. 1115. 1182). A tragicorum usu οὐδὲ εἷς (nullo vocabulo interposito ut οὐδ᾽ ἂν εἷς Soph. Trach. 1072) abhorret. Soph. frgm. 769 θνητῶν δ᾽ οὐδείς, non θνητῶν δ᾽ οὐδὲ εἷς habetur.

X. Ad coniugationem.

1. *Optativus* οἴην, οἴης, οἴη.

M. H. E. Meier Com. Ep. 2 (post Ol. 114) ἀγνεειν «videtur lapicidae error esse pro ἀγνοοίη». In inscript. Herodis Att. Mus. Rhen. N. XXI p. 377 μετακινοί[η]. —

Haec nihil valent. Addo tamen hic, Aristophanem mihi non videri optativos ποιοῖμι, ποιοῖς, ποιοῖ usurpavisse, id quod iam Meinekium Vind. Arist. p. 65 observasse cognovi. (cfr. Et. M. 764, 53 τρέφοιμι τρέφοις τρέφοι πλεονασμῷ τοῦ η ἀττικῶς τρεφοίην τρεφοίης τρεφοίη καὶ συγκοπῇ τοῦ η τρέφοιν). Dicit Aristophanes ποιοίην (Vesp. 348), Av. 197 ξυνδοκοίη, 510. 513 δωροδοκοίη, Equ. 513 αἰτοίη. Vesp. 1405 nunc ex R. V. δοκεῖς (vulgo δοκοῖς ex ignorata recta ratione natum) reductum est. Mala est varia lectio vel potius correctio quam memorat schol. R. Av. 204 γρ. καὶ καλοῖμ᾽ ἄν, quod qui coniecit, libertatem orationis minus perspectam habuit; parum considerata etiam Kockii coniectura ad Ran. 219 proposita χωροῖ, ubi χωρεῖ sanum est. Eccl. 645 καλεῖ, quod Brunckius mutavit in καλοῖ, futurum esse monuit Meinekius (V. Ar. p. 200). Restat unum Equ. 1131 χοὔτω μὲν ἂν εὖ ποιοῖς, εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ᾽ ἐν τῷ τρόπῳ, quod Meinekius (V. Ar. p. 65) improbata priore coniectura εὖ ποιοίης,

εἰ πυκνότης κτέ. mutat in χοὔτω μὲν ἄρ' εὖ ποιεῖς· ἤ coι κτέ., quia simul offensionem habeat duplex ει. Equidem putaverim χοὔτω ortum esse ex καὶ τοῦτο, ut scribendum sit καὶ τοῦτα μὲν εὖ ποιεῖς; duplex ει autem rectissime se habet. —

2. Rang. I 253 ΠΕΡΑΝ i. e. περᾶν; ib. 250 (Eph. A. 1103) ΕΑΝ i. e. ἐᾶν. —

Cfr. Elmsley ad Eur. Med. v. 69. — Buttman gr. gr. m. § 105, 17: Et. M. 201, 46: βοᾷ cὺ καὶ πειρᾷ cύ· Ἔχει τὸ ι προcγεγραμμένον· Τὸ δὲ βοᾶν καὶ γελᾶν οὐκ ἔχει τὸ ι προcγεγραμμένον (ὅτι ἀπὸ τοῦ παρατατικοῦ γέγονε τοῦ ἐβόα κτέ!). —

3. Rang. I 57 A, l. 61 Stephani Ann. Inst. Arch. XV 38 recte legit ΚΑΤΑΧ ΣΟ|ΝΤΙ i. e. καταξοῦντι, eodem modo ab Atticis contractum quo δέω (Cobet. V. L. 83, N. L. 529); cfr. K. Keil. philol. XXIII 257. —

4. Arch. Eph. 2830 in titulo Atticis literis, sub Euclidis aetatem scripto est: [ἀμ]φιεννύουcιν. Cfr. Arist. Plut. 719 cυμπαραμιγνύων·

C. I. 80 forma vero Attica ἀποδιδόαcιν obvia est. —

5. Eph. A. 3835 ὤμωcαν exaratum est. Philol. IX p. 390 perfectum ἔλογχα occurrit.

6. Eph. A. (c. Ol. 122) ἀνειπεῖν, 4108 (c. Ol. 121) ἀναγορεῦcαι. C. I. 120 in titulo non priore Alexandri aetate) ἀναγορεύcωcιν; ib. 125, Philist. III 153, aliis locis ἀναγορεῦcαι; cfr. Cobet V. L. 35 sqq. —

7. C. I. 70 ΣΟΟ i. e. cωῶ pro cώcω cfr. Buttmann. gr. gr. m. I 493 sqq. «Ne formam plebeiam esse putes, formulae publicae et iurairanda cogita an apud Graecos plebeio sermone scripta sint. Nempe in scriptoribus talia grammatici deleverunt». Boeckh. p. 107.

8. C. I. 956 φανῆcΕΙ (in disticho). Cfr. Arist. Thesm. 141 τρέφει schol. ἀντὶ τοῦ τρέφῃ· τὸ γὰρ τρέφει Ἀττικόν, Cobet. V. L. p. 39 sqq. Tam certum hoc est, ut scriptura Laur. Sophoclis aliorumque librorum per ῃ non magis nos movere debeat quam scriptura γίνεcθαι, γινώcκω: utraque enim consuetudinem posterioris aetatis sequitur. —

9. C. I. 76 ἀνενήνεγκται. Tab. nav. Ia (Ol. 101, 4) ἐπανενήνειγκται saepius, quod vulgari sermoni tribuendum puto. —
R. I 250 (Ol. 89, 2) ἐτετάχατο (scil. οἱ Μεθωναῖοι) et ἃ γεγράφαται. Habetur in eodem titulo ἐν τῆσι πόλεσι (cfr. supra p. 5). Cfr. Thuc. III 13 in oratione Mytilenaeorum ἐφθάραται, τετάχαται. —

XI. De augmento in εὑρίσκω, ἀναλίσκω, εἰκάζω, εἰστήκειν, ἐργάζομαι.

C. I. 150 B (Ol. 95, 3) HYPEΘH (ηὑρέθη). Rev. arch. N. 1863, VIII p. 92 (cfr. Eph. A. N. 1862 p. 283) in titulo paulo post Euclidem, ante Ol. 105, 4 exarato HYPHTAI (ηὕρηται). Eph. A. 948 vel Rang. II 868 (Ol. 107, 3, cfr. Kirchhoff. Philol. XV p. 402 sqq. vel etiam Ol. 115*)) [τ]άδε Ε[ὑρέθη], si modo vere suppletum est. Eph. A. 556 (Ol. 250) non solum διεῦρεν, sed etiam ἐπευξημένον pro ἐπηυξημένον.
C. I. 147 (Ol. 92, 3) ANEΗΟΣΑΝ i. e. ἀνήλωσαν; ib. 158 (Ol. 101, 2) ἀνηλώθη. Rev. arch. 1864 n. 11 προσανήλωσαν. (Philist. III 150 ἀνηλωκώς.) —

Iam nulla potest esse dubitatio quin veteres Attici in εὑρίσκω et similibus verbis auctam formam, certe usque ad Ol. 106 fere, adhibuerint. Ante Euclidem quidem illud augmentum propriam literam non habebat, sed re et pronuntiatione id adfuisse tituli illi paulo post Euclidem summa diligentia exarati documento sunt. Itaque apud poetas scenicos, apud Thucydidem et Xenophontem illud a librariis plerumque expulsum restitui debet. Conservarunt id optimi libri Thucydidis I 58 (ηὕροντο), V 42 (ηὗρον) cfr. Poppo. Prol. I p. 227. Apud Aristophanem Pac. 129 ἐξευρέθη R., ἐξηυρέθη libri reliqui et schol. Vesp. 1437. Ach. 5 ηὐφράνθην lemma scholiastae. Sed in his rebus omni auctoritate carent libri, tituli satis argumenti suppeditant.

*) Kirchhoffius enim mecum benigne communicavit literas denuo inspectas potius ad archontem Ol. 115 quam Ol. 107 adtinere.

Similiter de augmento verbi ἀναλίcκω iudicandum est. Apud Thucydidem conservarunt libri III 81 ἀνηλοῦντο, II 13 ἀπανηλώθη (cfr. Poppo. l. c. p. 226). Id ubique restituendum esse adparet. Apud Sophoclem Ai. 1049 La ἀνήλωcαc, quod nescio quo pacto de deteriorum librorum scriptura mutant in ἀνάλωcαc. Etiam optimos libros Isocratis auctam formam tueri Benseler. ad Isocr. Areop. p. 133 sqq. docet. —

Haec plerumque confirmantur testimoniis grammaticorum, quibus recte perpensis et cum illis titulis comparatis non solum dissensiones virorum doctorum, quas contulit Ellendtius (lex. Soph.), solvuntur sed etiam universum praeceptum statui potest.

Et. M. 400, 26 εὐχόμην καὶ εὐφραινόμην: Ἰcτέον ὅτι παρ' ἡμῖν φυλάττεται, παρὰ δὲ Ἀθηναίοιc τρέπεται· ὥcπερ ἡ ει δίφθογγοc ἔχουcα τὸ ε παρ' ἡμῖν μὲν οὐ τρέπεται κατὰ τὸν παρατατικὸν οἷον εἴργω εἶργον· οὕτω καὶ ἡ ευ ὡc ἔχουcα τὸ ε οὐ τρέπεται· παρὰ δὲ Ἀττικοῖc πολλάκιc τρέπεται τὸ ε τῆc ει διφθόγγου οἷον εἰκάζω ᾔκαζον. Τούτου χάριν καὶ τὸ ε τῆc ευ διφθόγγου εἰc η τρέπεται οἷον εὔχομαι ηὐχόμην. De εἰκάζω cfr. ib. 166, 36. 419. 30; Moeris p. 182 ᾔκαcα Ἀττικῶc, εἴκαcα Ἑλληνικῶc; Eust. ad Il. A 70 ἔθοc τοῖc Ἀττικοῖc πολλάκιc τὴν διὰ τοῦ ε καὶ ι δίφθογγον διὰ τοῦ η καὶ ι προάγειν, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ ἱερῆc καὶ βαcιλῆc καὶ ἱππῆc, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ῥημάττων ὡc ὅτε τοῦ ᾔκαζον τὴν ἄρχουcαν διὰ τοῦ η προάγουcιν. πολλάκιc non ad adlata exempla pertinet, quasi Attici illud tum adhibuerint tum non adhibuerint, sed ad multitudinem exemplorum illius consuetudinis. — Moer. p. 175 ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην. ηὐξάμην διὰ τοῦ η [Ἀττικῶc], διὰ δὲ τοῦ ε Ἑλληνικῶc cfr. Pierson. not. — Bekk. Anecd. II 804 εἰκάζω εἴκαζον· οἱ δὲ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ η καὶ τοῦ ῑ οἷον ᾔκαζον καὶ τὸ εὐφραίνομαι ηὐφραινόμην.

Moer. 25, 42 ἀνηλωμένον Ἀττικῶc, ἀναλωμένον Ἑλληνικῶc. Cfr. Philem. ed. Os. p. 256 ἀνήλωκα καὶ ἠνάλωκα γράφεται Ἀττικῶc, ἀνάλωκα δ' ἀναύξητον κοινῶc κτέ.

Ex his testimoniis quae titulis comprobantur adparet quid de iis iudicandum sit qui contrarium statuunt. Ac

primum quidem Suidas s. v. ἀναλίσκειν habet: ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι καὶ διὰ τοῦ η ἀδιαφόρως. Contra Thom. M. p. 141, 16 ed. Ritschl. ἀνάλωκα καὶ ἀνάλωσα Ἀττικοί, τὸ δὲ μετὰ αὐξήσεως ταῦτα λέγειν οἷον ἀνήλωκα καὶ ἀνήλωσα κοινόν. Herodianus qui in frgm. Lob. Phryn. adiecto p. 456 habet ηὐξάμην καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν καὶ εὐδόκουν καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ εῦ ἄρχονται, idem in frgm. a G. Herm. de emend. r. gr. gr. edito p. 314 c. 38 haec praecipit: Ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες ηὐξάμην καὶ ηὐχόμην λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἀπὸ τῆς εῦ διφθόγγου ἄρχεται ῥήματα, ταῦτα τηρεῖ τὴν εὒ δίφθογγον καὶ ἐπὶ πάντων τῶν χρόνων, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς αῦ ἀρχόμενα τρέπεται εἰς τὸ ηῦ αὐλῶ ηὔλουν, αὐχῶ ηὔχουν.

His aliisque commotus Lobeckius ad Phryn. p. 140 augmenti vitium in ηὑρήμεθα, ηὕρισκε notat. Nos vero in hoc Herodiani praecepto causam deprehendimus dissensionis grammaticorum. Quod enim saepissime accidit, illi falsa ratione ducti et adiuti consuetudine posterioris aetatis *memoriam corrigunt.*

Ita omnibus rationibus evincitur omnino apud veteres Atticos usum auctarum formarum legitimum fuisse. Facile intellegitur magis magisque subtiliorem sensum vocalis ῃ in augmento verborum ab εὐ incipientium evanuisse, in ῄκαζον autem idem accidisse, quod in βασιλῆς βασιλεῖς, in κλῄω κλείω usu venit, ut eorum sententia qui ῄκαζον recentioris atticismi esse putant (cfr. Ellendt. s. v.), careat ratione. Tempus autem huius commutationis circa Ol. 106—110 definiverim, de quo iam supra dictum est. —

Itaque apud Soph. El. 652 Brunckius recte restituit ῄκασας. Apud Thucydidem optimi libri praebent ῃ II 54, VI 92, ubi Poppo sententiam Proleg. I p. 226 prolatam retractat. Apud Aeschylum in Med. Choeph. 633 ῄκασεν, Sept. 431 προσῄκασεν, 445 ἐξῃκασμένον (pr. m. sine ι) legitur. Apud Aristophanem Equ. 1076 R. V. ῄκασεν, V. cum γρ. εἴκασεν a m. rec., εἴκασεν A. B. Γ. Δ. Θ.; Av. 807 R. et Suidas s. v. εἰκάσμεθα, ceteri libri ῃκάσμεθα. —

Non minus certum esse debet veteres Atticos εἱστήκη,

non ἑστήκη dixisse. Etiam ΕΙΣΤΕΚΟΤΑ (εἱστηκότα) occurrit Rang. I 57 (Eph. A. 9) in titulo circa Ol. 93, 2 exarato. (Rang. II 863 [c. Ol. 106, 4] est ἑστηκότι et tab. nav. XIV [Ol. 113, 4] ἑστηκότας). Arist. Av. 513 R. exhibet εἱστήκει, A. B. C. V. Γ. Δ ἑστήκει. In Thucydidis libris longe frequentius esse εἱστήκειν, exponit Poppo Prol. I p. 228. —

C. I. 162 ἠργάζετο, 456 ἐξηργήσατο; Eph. A. 3701 ἐξηργάσατο. Saepe occurrit in titulis εἴργασμαι, εἴργασται etc. In illis η pro ει scriptum est, quod etiam alias occurrit cfr. K. Keil. Philol. XXIII 598 et Eph. A. 4097, ubi et ἀνατεθήκασι et ἀνατεθείκασι; atque etiam tab. nav. I a (Ol. 101, 4), ubi ἐπανενήνειγκται scriptum est (C. I. 76 ἀνενήνεγκται). —

XII. Εἵνεκα, οὕνεκα.

Saepe ἕνεκεν occurrit pro ἕνεκα:

C. I. 108. 110. 112 φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς κτέ, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς κτέ; Ib. 129 [ἀρετ]ῆς ἕνε[κ]εν. Cfr. 359. 360. 370 b. 381. 382. 397. 432, qui sunt tituli Romanae aetatis; Eph. A. 2485. 2507. 2584. 2797. 3297. 4098. Ep. Hell. An. 1860 n. 5. 40. 43. 45. 46. Philist. IV 85. Cfr. Phavor. p. 267 ἕνεκα καὶ ἕνεκεν Ἀττικοὶ γράφουσιν. Itaque ἕνεκεν, quae quidem forma magis vulgaris videtur, contra librorum auctoritatem non debet removeri. Cfr. Poppo. Prol. I p. 212 et Arist. Plut. 989. —

Εἵνεκα C. I. 913 in monumento quod c. Ol. 80—85 positum videtur . . ἀρε]τῆς εἵνεκα καὶ γενεᾶς, quae efficiunt pentametrum. Ib. 956 εἵνεκ' ἐμῆς ψυχῆς. Eph. A. Nov. 348 εἵνεκα σωφροσύνης. Ib. 2773 εἵνεκα. C. I. 1446 in titulo Laconico prosaico εἵνεκα. —

Οὕνεκα (= ὅτι): C. I. 923 οὕνεκ' ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν. Philol. IX p. 182 n. 8 οὕνεκα. Eph. A. 3182 οὕνεκα. —

C. I. 395, qui titulus Imp. M. Aurelio non antiquior, εὐσεβείας εἵνεκεν. Ib. 765 εἵνεκεν ἡλικίας τ' ἠδὲ σαοφροσύνης. Eph. A. 1202 εἵνεκεν.

C. I. 427 οὔνεκεν οὐκ ἔφθην. C. I. 956 τούνεκα. —

Ad Arist. Lys. 74 ὀλίγου γ' εἵνεκα, quae est librorum scriptura, adnotat Brunckius haec: «Male vulgo εἵνεκα, qua forma nusquam usi sunt Attici poetae. V. infra ad v. 491. 501. Ran. 189. Plut. 329, ne plures locos indicem, ubi ad codicum fidem reposita fuit forma genuina Attica».

Brunckius hoc praeceptum duxit ex una librorum memoria. Ac primum ipsos libros adeamus.

Lys. 491, ut a locis a Brunckio notatis incipiam, R. Aug. ἕνεκα, B. C. Δ. οὕνεκα, Iunt. εἵνεκα. Ib. 501 οὕνεκα C. Aug., reliqui εἵνεκα. Ran. 189 «οὕνεκα A. et sex alii, εἵνεκα vulgo et Suid. in σοῦ γ' εἵνεκα; ἕνεκα V. Barocc. Mut.» Plut. 329 R. V. Ald. εἵνεκα: οὕνεκα quatuor cod. Brunckii aliique. Itaque illis quidem locis optimi libri εἵνεκα tuentur.

Plut. 990 φιλίας οὕνεκα, Pac. 221 ὧν οὕνεκ', Ran. 1414 ὧν ἦλθες οὕνεκα, Ach. 958 συκοφαντῶν γ' οὕνεκα, Eccl. 106 τούτου — οὕνεκα, 559 πολλῶν οὕνεκα, 658 τοῦ γὰρ τάλαν οὕνεκ'; Nub. 420 ἀλλ' οὕνεκά γ', 1508 πολλῶν οὕνεκα libri. —

Vesp. 703 ὧν εἵνεκ' R. V. B. C. Γ. Δ., 886 εἵνεκα pro ἕνεκα R. V. Γ., Pac. 744 εἵνεκα V., οὕνεκα ceteri. 761 ὧν εἵνεκα libri. Nub. 238 οὕνεκ' vulgo, εἵνεκ' cod. Harl. unus. Scribendum ἕνεκ' cum Bentleio; 426 οὕνεκα C, εἵνεκα vulgo et V., ἕνεκα R. et sex cod. Dobraei; 526 εἵνεκ' V., reliqui οὕνεκ'; 555 εἵνεκα V. aliique. 1217 ἕνεκα R. V. aliique, vulgo οὕνεκα; 1236 libri aliquot οὕνεκ' pro ἕνεκ'. Eccl. 659 πολλῶν εἵνεκα et ἑνὸς εἵνεκα libri.

Haec sufficiunt. Videmus plurimis locis optimos libros formam εἵνεκα tueri, videmus quoque, ut deteriores libros ita vel meliores inclinare etiam iis locis οὕνεκα substituere, ubi ἕνεκα metro requiritur. Et hoc et omnino librorum fluctuatio argumento est, poetam ipsum etiam iis locis, ubi prima syllaba producta opus est, scripsisse ΕΝΕΚΑ, quod postmodum vel in εἵνεκα vel *ad exemplum coniunctionis* οὕνεκα in οὕνεκα mutatum est; poeta autem more suae aetatis ΕΝΕΚΑ scripsit pro εἵνεκα. Itaque iam sublesta fide praepositio οὕνεκα.

Quod autem tam saepe haec forma in libris Aeschyli, Sophoclis obvia est, id nihil dubitationis movebit reputantibus eosdem libros semper fere scripturam γίνομαι, γινώcκω, scripturam secundae pers. ind. pass. per ῃ exhibere. Omnino multis rebus docemur in tali re librorum auctoritatem nullam esse, praesertim cum causa erroris sit perspicua. Sic vel apud Thucydidem uno loco VI, 56 ἀcφαλείαc οὕνεκα in aliquot melioribus libris exstat (cfr. III 22). In loco Euripidis conservavit εἵνεκα Eustathius ad Od. Σ v. 35 ὁ καλὸc Εὐριπίδηc ἐν τῷ οἳ γέλωτος εἵνεκα ἀcκοῦcι χάριτας κερτόμουc εὐπρεπεῖc ὄντεc ἐν γέλωτι, apud Athen. XIV 613 D librarii οὕνεκα substituerunt. In frgm. Solon. Aristid. II 389, qui procul dubio scripsit τῶν εἵνεκα, libri habent τῶν οὕνεκα.

Deinde forma οὕνεκα praepositionis ratione caret. Recte enim Et. M. 641, 44: Οὕνεκα cύνδεcμοc αἰτιολογικόc, cχήματοc ἁπλοῦ, ἔχει δὲ ἔννοιαν cυνθέτου ἀντὶ τοῦ οὕτινοc ἕνεκα — τὸ δὲ τούνεκα cύνδεcμοc ἀνταποδοτικόc et Apollonius Bekk. An. II 504, 9 ἐν παραθέcει τε δύο μερῶν λόγου ὅτε δηλοῖ τὸ οὗ ἕνεκα. Apud *Atticos* inde ratione perversa praepositionem factam esse credi non potest.

Denique accedit quod complures grammatici praepositionem οὕνεκα ignorant, norunt ἕνεκα et ut ποιητικώτερον εἵνεκα et coniunctionem οὕνεκα. Cfr. Et. M. l. c., Ammon. p. 106 οὕνεκα καὶ εἵνεκα διαφέρει· οὕνεκα cημαίνει τὸ ὅτι, εἵνεκα δὲ χάριν (haec repetit Philo de diff. signif. p. 172). Addit Ἥμαρτεν οὖν ὁ Καλλίμαχοc εἰπὼν

εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄειcμα

ὅπερ ἄτοπον· ἔδει γὰρ εἰπεῖν, οὕνεκα', ἵνα γένηται, ὅτι οὐχ ἓν ἄειcμα'. Idem vult dicere Apoll. ap. Bekk. II 505, 11 sqq., sed verba sunt corrupta cfr. etiam Bast. ad Greg. C. p. 898. Fragm. lex. G. Herm. de emend. r. gr. gr. p. 327 n. 53: ἕνεκα ἀντὶ τοῦ χάριν, οὕνεκα ἀντὶ τοῦ διότι. Cfr. Cramer. An. I p. 130, 31; II p. 367, 27. Planudis (Bachm. An. II 61) et Tzetzis (ed. G. Hermann p. 73) memoria, qui praepositionem οὕνεκα norunt, nullius momenti est. —

His causis commotus *praepositionem* οὕνεκα librariis deberi

puto, poetas tragicos autem ut ξεῖνος, κεῖνος metri causa adhibuerunt, ita metri causa τὸ ποιητικὸν εἵνεκα admisisse. Aristophanes autem, cui vulgaris sermo neque εἵνεκα neque οὕνεκα subministrabat, metri necessitate usum tragicorum imitatus est pariter ac στοιᾶς pro στοᾶς metri causa usurpavit. — Idem ne coniunctione οὕνεκα quidem, ut abest a prosaicis scriptoribus, usus est. Equidem non memini hanc apud eum legere. Εἵνεκα autem a sermone Atticorum communi non plane alienum fuisse, et ex titulis suspicari licet et comprobatur testimonio Thom. Mag. 151, 4 Rtschl. καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ ἄλλοι, Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. Etiam in loco Aristidis II 400 Thom. Mag. quidem l. c. exhibet εἵνεκα: τῶν ἐλαῶν εἵνεκα τῆς συλλογῆς. —

XIII. Varia.

1. Rang. I 115 (Ol. 86, 3) ἐς Κόρκυραν. Arist. Av. 1463 R. V. Κορκυραῖα servaverunt; vulgo Κερκυραῖα. Cfr. Dindorfii adn. ad h. v. —

2. Rang. I 42 (c. Ol. 92) Διειτρέφους. C. I. 215 (Ol. 99, 1) Διοτρέφης. Eph. A. 2792 (Rang. 972) (Ol. 99, 1) ΔΙΕΤΡΕΦΗΣ i. e. Διειτρέφης (cfr. Eph. A. 81). C. I. 151 (Ol. 98, 4) ΔΙΞιτρέφους pro Διειτρέφους; Ib. 169 Διειτρέφης. Cfr. K. Keil. Bull. hist. phil. Acad. Petersb. XVI p. 84. Διϊτρέφης ex recentiore scribendi usu Philist. II 185. Aristoph. Av. 798, 1440 pro Διϊτρέφης scribi debere Διειτρέφης vidit Elmsleius ad Eur. Med. v. 326 not. (cfr. ad Bacch. v. 1266); accentum correxit Dindorf. Thes. II p. 1470. Non retinendum esse illud ῑ ut in Διιπόλια, διιπετέστερος (Lobeck. Paralip. p. 23), docent illa titulorum exempla. Aristophanes communi nominis forma usus est, librarii autem suo more peccaverunt. —

3. C. I. 213 et Eph. A. 3396 (c. Ol. 102) Εὐριππίδης exaratum est. —

4. [Θ]εαγένης in titulo Atticis litoris scripto Mus. Rhen. N. XXI p. 362; idem Rang. II 1447. Θεογένους C. I.

158 (Ol. 102); idem Rang. II 1543. 1562. 1878. Utramque formam probam esse Lobeckius ad Phryn. 653 sqq. ostendit. Magis vulgaris forma agnoscitur Θεογένης: hac Aristophanes usus est, praesertim cum metro magis conveniret; reliquerunt librarii eam formam Vesp. 1183, ceteris locis Av. 822. 1127. 1295. Lys. 63. Pac. 928 in alteram mutaverunt (cfr. Dindorf. ad Pac. l. c.). Etiam apud Xenophontem optimi libri formam Θεογένης tuentur. Apud Thucydidem (cfr. Duker. ad IV 27) nulla causa est cur formae Θεαγένης, quae compluribus locis optimis libris defenditur, altera praeferatur, quoniam titulo quem primo loco posui, illa non minus probatur. Unum contradici possit ex Aristophanis libris adparere, librarios potius Θεογένης in Θεαγένης quam contrarie mutare. —

5. Rang. II 1338 (paulo post Eust.) Πισθεταίρου. Cognitione digna sunt quae ad hunc titulum Rangabeus de persona Aristophanis Avium adnotat (p. 839). Aristophanis libri habent v. 644. 1046. 1123. 1271. 1495 Πεισθέταιρος. Dobraeus aut Πεισέταιρος aut Πισθέταιρος, Dindorfius Πειθέταιρος legendum esse censet. Hoc certum videtur Aristophanem vera nominis forma, non excogitata vel immutata usum esse (velut de nomine Praxagorae cfr. Rang. II 1033. 1494). Sed nescimus an etiam forma Πειθέταιρος personae utique accommodatior suppetivorit. —

6. C. I. 147 ΚΛΕγένης i. e. Κλειγένης ut Κλείδικος (cfr. Boeckh. p. 221). Ib. 148 Θυμαιτάδης. Ib. 158. 165 Ἀλκμεωνίδης. Similiter Aristophanes Lys. 852 ludicri causa pro Παιονίδης dixit Πεονίδης, quod egregie restituit Bentleius. —

7. C. 7. 143 (c. Ol. 91, 2) Χερρόνη[σον]. Cfr. Poppo. Prol. Thuc. I 210. C. I. 8 «Vide ne Προκόνησος quod in inferiore titulo habes Atticum fuerit; certe Ἀλόνησος ante Bekkerum constanter scriptum erat apud Demosthenem». Boeckh. p. 18. — Sed Ep. Hell. A. 1860 n. 57 (ante Ol. 105 ut videtur) Προκοννήσιος. —

8. C. I. 127 ἐμ Μαραθῶνι; Ep. Hell. A. 1860 n. 3

(Maced. aet.) [ἐ]ν Ἐλευς[ῖνι]. Philist. I 90, II 239. His exemplis non infringitur Cobeti (Var. L. p. 201) praeceptum de Μαραθῶνι, Ἐλευςῖνι, similibus apud Atticos et Atticistas adverbialiter accipiendis. Cfr. Ar. Equ. 1334, ubi R. τοῦμμαραθῶνι, vulgo τοῦ 'ν Μαραθῶνι, τοῦ Μαραθῶνι Bentleius restituit; idem Vesp. 711. —

9. C. I. 87 (Ol. 101—103) ὡς βαςιλέα — ὡς αὐτόν. Recte Meinekius Aristoph. Av. 843 ὡς θεοὺς ἄνω reponendum censet pro εἰς θεοὺς ἄνω. —

10. C. I. 150 B ὄνυξ μέγας, πραγελάφου πρια[πίζοντος]. «Genetivus designat imaginem quae in onyche scalpta». Boeckhius. —

De genetivo παίδων, ἀνδρῶν ἐνίκα, qui saepe occurrit in choregicis titulis, statuit K. Keil. Bull. hist. phil. Acad. Petersb. XVI p. 94 ducendum esse genetivum partitivum, recte, nam ita similis ratio in dativo ἐνίκα ἀνδράςι, qui item interdum obvius est, habetur. —

Tab. nav. IV λείποντες κωπῶν. Cfr. Polyb. III 22, 2 τριάκοντ' ἔτεςι λείπουςι δυοῖν. —

11. C. I. 107 παρακαλοῦςιν αὐ[τὸν ὠφελ]εῖν τῷ δήμῳ. Cfr. Soph. Ant. 560 τοῖς θανοῦςιν ὠφελεῖν, Aristoph. Av. 421 φίλοιςιν ὠφελεῖν ἔχειν; Matth. gr. gr. p. 514. Arist. Av. 358 libri habent νώ γ' ὠφελήςει, Dobraeus incommodi γὲ amovendi causa scripsit νὼ 'πωφελήςει; nescio an reponendum sit νῷν ὠφελήςει. —

12. C. I. 76 ἐπομνύναι τοὺς τρεῖς θεούς. Cfr. Aristoph. Nub. 1227 ἐπώμνυς τοὺς θεούς; Eur. Phoen. 433 θεοὺς δ' ἐπώμος' κτέ, alia. —

13. Multo frequentior in titulis constructio τῆς εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ quam constructio τῆς εὐνοίας ἣν ἔχων διατελεῖ. Arist. Plut. 1128 κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήςθιον: ἧς Dorvill. et fortasse V., ἣν vulgo et Athen. IX 368 d. —

14. In Atticis titulis honorariis semper ὅπως cum coniunctivo, quod frequentissimum est, ἄν habet (ὅπως ἄν), in aliis etiam ὅπως cum coni. sine ἄν habetur. Quod igitur Elmsleius (Notes on the Aiax of Sophocles. Mus. crit.

Cantabr. III p. 483. not.) observavit Aristophanem semper finale ὡς ἄν, non ὡς c. coniunctivo usurpare, id Attici sermonis proprium ducendum puto. De ὅπως ἄν cfr. Eccl. 732. Unus locus Eccl. 286 qui illi praecepto adversatur: τοῦτο γὰρ χρὴ μεμνημένας ἀεὶ λέγειν, ὡς μήποτ' ἐξολίσθῃ ἡμᾶς corruptus iudicari debet. Elmsleius coniecit καὶ μήποτ' ἐξολίσθῃ, Dobraeus μὴ καὶ ποτ' ἐξολίσθῃ, Meinekius (Vind. Ar. p. 190 sqq.) ἵνα μήποτ' ἐξολίσθῃ· ὁρμᾶσθ'. Vide ne poeta scripserit: τοῦτο γὰρ χρὴ μεμνημένας ἀεὶ λέγειν τοῦ μή ποτ' ἐξολισθεῖν ἡμᾶς. —

XIV. De aspiratione Atticorum.

C. I. 160 (Ol. 92, 4) I v. 79 et II v. 95 ΘΥΕΧΟ i. e. θυηχοῦ. Rang. I 57 (Eph. A. 9) (circa Ol. 93, 2) [θυ]ηχοῦ. N. Schweiz. Mus. III. (W. Vischer die Entdeckungen im Theater des Dionysos) p. 38 n. 36 θυηχόου (cfr. p. 57 not.).

C. I. l. c. retinendum esse θυηχοῦ monet K. Keil. Philol. XXIII 256. Boeckhius enim (p. 281) ex Photio θυήκοοι οἱ ἱερεῖς οἱ ὑπὲρ ἄλλων θύοντες τοῖς θεοῖς, ubi varia lectio θυηχόοι, et Hesychio corrigendum esse putaverat θυηκοῦ. Pertinet hoc ad illud aspiratorum studium, quod memorat Tzotzes ad Hes. O. D. v. 156 δασυνται γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τοὺς λίσπους λίσφους λέγοντες καὶ τὰ σπέτλα σφέτλα. Etiam scriptio ΦΣ pro ψ, ΧΣ pro ξ indidem est repetenda. Id studium causa est atticismi quem notat Moeris p. 393 φιδάκνη Ἀττικῶς· πιθάκνη Ἕλληνες; p. 360 σχινδαλμὸς ἐν τῷ χ̄ Ἀττικῶς· σκινδαλμὸς Ἕλληνες; p. 245 λίσφους Ἀττικῶς· ἀπύγους Ἑλληνικῶς; Greg. Cor. p. 148 τὸν πνεύμονα πλεύμονα λέγουσι καὶ τὸ νίτρον λίτρον καὶ τὴν σπογγίαν σφογγίαν. Cfr. Et. M. 724, 19 σπόγγος· εἰ μὲν διὰ τοῦ π̄, παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρά· εἰ δὲ διὰ τοῦ φ̄, παρὰ τὸ σφίγγειν κατὰ τὰς ἐκθλίψεις (Ib. 739, 29 σφόγγος dici negatur falsa ratione); Phryn. p. 110 Lob. de ἀσφάραγος; Hesych. σφυράδες· τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων, οἱ δὲ σπυράδας; ib.

cφονδύλη ὅμοιόν τί φαcι cιλφίῳ; ib. cχελίδεc κρέα ἐπιμήκη τετμημένα· οἱ δὲ πλευρίδεc. Cfr. Pierson. ad Moer. p. 360, 51. —

Hic atticismus maxime adtinet ad sermonem personarum Aristophanis. Servarunt libri Pac. 790 cφυράδων, ib. 1078 cφονδύλη, Equ. 362 cχελίδαc; Ach. 463 cφογγίῳ A. B. C. Γ. Δ. Ald., cπογγίῳ R. habet. Equ. 792 Brunckius ex scholio οἱ δὲ παλαιοὶ φιδάκνην λέγουcι, quam verae formae memoriam relictam esse censet, pro πιθάκναιcι scripsit φιδάκναιcι (cfr. Plut. 546); idem Equ. 1368 ὑπολίcφοιc pro ὑπολίcποιc, Nub. 130 cχινδαλάμουc pro cκινδαλάμουc, Vesp. 600 cφόγγον, Ran. 482, 487 cφογγίαν, Thesm. 247 cφογγιεῖ restituit. Ran. 819 cκινδαλάμων, 826 λίcπη Brunckius reliquit ut in chorico cantico (cfr. ad Equ. 1368); illud Porsonus, hoc Dindorfius mutavit. Mihi cκινδαλάμων, λίcπη illo loco conservanda videntur, non quia choricum canticum est, sed quia in hoc cantico complures epicae locutiones occurrunt, ut poetam formis cκινδαλάμων et λίcπη non minus usum esse probabile sit quam forma γλῶcc' ἀνελιccομένη (827). Aliud est πλευμόνων (829), quod non solum Atticum, sed etiam epicum est (cfr. Phot. p. 433, 18 πλεύμων διὰ τοῦ λ· καὶ Ὅμηροc· — πάγη δ' ἐν πλεύμονι χαλκόc; illo loco πλευμόνων R. V. Ald., πνευμόνων novem codices; recte illa forma apud tragicos restituta est). — Contrarie Thesm. 720 Pollucis libri X 140 ξυροδόχηc habent; cfr. Eustath. ad Il. A, v. 434 γράφεται δὲ (scil. ἱcτοδόκη) διὰ τοῦ κ, διότι τὰ παρὰ τὸ δέχω οὕτω προάγονται Ἰωνικῶc, οἷον ξεινοδόκοc, δορυδόκη, ἱcτοδόκηc· ἤδη δὲ καὶ Ἀττικῶc, quod Brunckius monuit. —

XV. De metathesi in φράττω, δραχμή. De φαιδυντήc.

1) Eph. A. 3754 in titulo Atticis literis exarato est ΦΑΡΧΣΑΙ (φάρξαι), ib. 4097 in titulo c. Ol. 122 scripto ἀφράκτων.

Dindorfius (ad Arist. Ach. 95, Soph. Ant. 958, Ai. 909, Steph. Thes. VIII p. 1035) censet veteres Atticos in verbo

φράccω ea metathesi usos esse, quae indicatur Et. M. p. 667, 22 πεφαργμένος ἀντὶ τοῦ πεφραγμένος καὶ ἐφάρξαντο ἀντὶ τοῦ ἐφράξαντο καὶ τὸ φαρκτὸν φρακτόν, ὥςτε ὑπέρθεςις. Περὶ παθῶν (cfr. Hes. ἐφάργνυςαν· ἔφραξαν; φάρκτου· φυλακὴν ςκεύαζε).

Aristoph. Ach. 95 libri habent ναύφρακτον βλέπειν: formam ναύφαρκτον conservavit Photius 290, 13 ναύφαρκτον βλέπειν· φηςὶν ἐπὶ τοῦ περιαθροῦντος καὶ ςεμνῶς ἰόντος· πρὸς τῶν θεῶν ἄνθρωπε ναύφαρκτον βλέπεις. —

Soph. Ant. 958 La praebet κατάφαρκτος, Ai. 909 ἄφρακτος φίλων· Itaque Dindorfius etiam Ai. 909 ἄφαρκτος φίλων scribit comparata Hesychii glossa ἄφαρκτος· ἀφύλακτος. Sed idem Hesych. habet ἄφρακτος· ἀφύλακτος· Σοφοκλῆς Αἴαντι μαςτιγοφόρῳ, ut adpareat Sophoclem Ant. 958 in *cantico* (etiam, ut videtur, choriambi -δει καταφαρκ- puri conservandi causa) forma φαρκτός usum esse, in diverbio non item.

Cfr. Phot. 290, 11 ναύφρακτον καὶ ναύφαρκτον τὴν ἀττικὴν δύναμιν καλοῦςιν ubi Dindorfius correxit τὴν ναυτικὴν δ. κ. ex ib. p. 639, 14 φάρκτεςθαι τὸ φράττεςθαι· καὶ ναυτικὴν δύναμιν (καλοῦςιν), ubi non cum Dindorfio legendum καὶ ναύφαρκτον τὴν ναυτικὴν δύναμιν, sed ex illo loco corrigendum est, quod particula καὶ indicatur: καὶ ναύφρακτον καὶ ναύφαρκτον τὴν ναυτικὴν δύναμιν. — Stephan. s. v. Ἀςπίς (frgm. 376) Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ — καὶ πεφραγμένον; Hesych. καταφράκτοις ψυχαῖς· ταῖς ἐπεςκοτιςμέναις καὶ μὴ τὸ μέλλον εἰδυίαις.

Iam intellegitur, id quod ipsa natura huius metathesis comprobatur (cfr. Lobeck. Pathol. I. p. 489 sqq.), apud *tragicos* illas formas ἀποφράγνυςαι (Soph. Ant. 241) ἄφρακτος (Aesch. Ch. 186, Eur. Hipp. 657), ναύφρακτος (Aesch. Pers. 950. 1027. Eur. Iph. A. 1259) *non esse mutandas, Aristophani* Av. 183 φάρξηθ', Vesp. 352 πέφαρκται, Equ. 567 ναυφάρκτῳ, Thesm. 581 ἀφάρκτοις *restitui* debere. Altera Hesychii glossa ἄφαρκτος igitur ad comicum, altera ἄφρακτος ad Sophoclem pertinet.

2) Simili metathesi comici usi videntur in voce δραχμή (cfr. Elmsley ad Eur. Med. v. 147 not.). Summa enim pro-

babilitate Bergkius iis comicorum locis, in quibus δραχμή producta priore syllaba legitur, medelam adtulit scribendo δαρχμή (cfr. Dind. ad Vesp. 691). Apud Aristophanem igitur Pac. 1201 scribendum est νυνὶ δὲ πεντήκοντα δαρχμῶν ἐμπολῶ, Plut. 1019 ὁπότε προτείνοιέν γε δαρχμὰς εἴκοσιν, Vesp. 691 αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν δαρχμὴν κἂν ὕστερος ἔλθῃ (Vesp. 151 Κάπνιου excusationem habet a nomine proprio; Av. 591 κιχλῶν non cum Meinekio (V. Ar. p. 57 sq.) ad anapaestorum licentiam referendum, sed de Dobraei coniectura, quam non satis iusta causa impugnat Meinekius, in κιγχλῶν mutandum). — Quis ex Hesychii glossa δαρχμάς· δραχμάς efficiat etiam tragicum, si ex usu esset, illam formam adhibiturum fuisse?

3) Φαιδυντής pro quo exspectatur φαιδρυντής (φαιδρύνω) saepius in titulis comparet: C. I. 118. 440. 446. Philist. II 238, III 458 (31. 34), 459 (n. 36) cfr. Dittenberger. Hermes I 409. Comparari possunt de hac formatione ea quae Lobeckius Paralip. p. 15 exponit. —

XVI. De ἰῶτα adscripto.

Omnia fere de hac quaestione et ex grammaticorum libris et ex inscriptionibus diligentissime conlegit I. Laroche in Zeitschr. f. Oest. Gymn. XVI. 1865. p. 89—128, ut mihi addendi et supplendi munus sit.

Universam rationem explicare potest verbum σῴζω.

Plurimum valet titulus Bullet. dell. inst. d. c. arch. 1864 p. 88 editus, ante Euclidem scriptus, qui habet*) ΣΟΙΞΕ i. e. σῷζε. Cfr. C. I. (229 σωι[ζονται]), 231 Ἀνασωιζο[μένοις], Boeckh. tab. nav. IV b Σωιζομένην, XVII a (Ol. 114, 3) Σώιζουσα, quae sunt nomina navium; Eph. A. 1 (cfr. 2017) σώιζωσιν, 171, 2309 σωιζ . ., Rang. II 476 σώιζωνται. — C. I. 175 οσεωισεν Boeckhius legit ἐσάωσεν; Eph. A. 1027 (inferioris aet.) σεσωιμένους pro σεσωσμένους vel σεσωμένους. Eph. A. 222

*) apographum ipsum A. Kirchhoffio debeo.

(Philist. III 279. 351) in posterioris aetatis titulo Cώζοντος; ib. 4104 (post Ol. 122) cωζομένους Philist. III 61 [C]ωζομένου; IV 458 Cώζων. Ib. 1092 in titulo Rom. aet. cώζειν. —

Eph. A. 117 ΣΟΟΝ i. e. cῶον (cfr. C. 7. 82). Nomen Cῳναύτης scribitur cum ι cfr. Rang. I 46, II 1458, Eph. A. 644. —

Ex his efficitur Atticos scripsisse cῴζειν (in iis formis quae ζ habent), posteriore demum aetate qua omnino ι adscriptum saepe omitti solebat, scribi coeptum esse cώζειν, ut etiam in libris manuscriptis ι adscriptum obliteraretur.

Iam cfr. Et. M. 741, 27 Cῴζω· τὸ cῴζω χωρὶς τοῦ ι λέγει ὁ Δίδυμος· ὥςπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἕω τὸ κάθημαι γίνεται ἕζω, οὕτως ἀπὸ τοῦ cώω τὸ ὑγιαίνω γίνεται cώζω πλεοναςμῷ τοῦ ζ. Ἀλλ' ἡ παράδοςις ἔχει τὸ ι. ἡνίκα δὲ ἀπὸ τοῦ cάος, cαόζω καὶ κράςει cώζω οὐκ ἔχει προςγεγραμμένον τὸ ι. Δεῖ δὲ γινώςκειν ὅτι ἡνίκα ἀπὸ τῆς cῶ cυλλαβῆς ἄρχεται ἐπιφερομένου τοῦ ζ, ἔχει προςγεγραμμένον τὸ ι cῴζω, cῴζομαι, ἔcῳζον, ἡνίκα δὲ μὴ οὕτως ἔχει, οὐ προςγράφεται οἷον cαώζω, cώcω, cῶcον. Cfr. Zon. lex. 1706.

Et. M. ib. 43 τὸ δὲ cῷος, ἔλεγεν ὁ Δίδυμος, cὺν τῷ ι γράφεται ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ cῶς τοῦ cῶ et 53 δεῖ δὲ γινώςκειν ὅτι τὸ cῶος ἄνευ τοῦ ι ἡ παράδοςις οἶδε (cfr. titulum) —

Didymus igitur orthographiam ad certam rationem redigebat et memoriam librorum corrigebat. Si comparamus Eust. ad Il. C v. 352 ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ ληίδιόν φαςι τετραςυλλάβως — καὶ ἐκτάςει τοῦ ε εἰς η λήδιον cὺν καὶ τῷ ι προςγεγραμμένῳ κατὰ τὸ εἴκαζον, ᾔκαζον, εἴδειν ᾔδειν — καὶ οὕτω παροξύνεςθαι θελήςας τὸ λῄδιον ὁ Δίδυμος ἀποςτερεῖ αὐτὸ καὶ τοῦ κατὰ τὴν παράδοςιν προςγεγραμμένου ι et Et. M. 452, 29 Θνῄςκω, μιμνῄςκω. Δίδυμος χωρὶς τοῦ ι· οἱ δὲ λέγουςι cὺν τῷ ι, ὅτι οἱ Αἰολεῖς θναίςκω καὶ μναίςκω λέγουςι . . . ἡ μέντοι παράδοςις ἔχει τὸ ι· ἄλλοι δὲ λέγουςιν. ὅτι διὰ τοῦ ίςκω γίνεται ἡ παραγωγὴ θνηΐςκω καὶ μνηΐςκω. Οὐ καλῶς δὲ λέγουςιν κτέ, intellegitur duas scribendi rationes de principatu contendisse, unam, ut ita dicam, *historicam*, quae memoriam librorum sequebatur, *alteram* quae

partim *ex posteriore scripturae usu* partim *ex rationibus etymologicis* conformabatur. Exemplum illius exhibere potest liber La Sophoclis, qui praeter alia habet λάθρᾳ, θνήσκω, μιμνήσκω, huius libri Aristophanis, qui plerumque ι omittunt (ut unum adferam cfr. Vesp. 379 καλώδιον et tab. nav. XVII 6 et Rang. II 849 καλώιδια). Cum nostrum sit memoriam librorum sive ipsam scriptorum restituere scripturam, debemus et ope titulorum et doctrina grammaticorum (cfr. locos a Larochio congestos) ubique apud Atticos scriptores ι reducere in σῴζω, χρῄζω, κλῄζω, μιμνήσκω θνήσκω, ἐνῴδιον, κῴδιον, λαγῴδιον, καλῴδιον, ἐρῴδιος πρῴην, παντῇ, εἰκῇ, λάθρᾳ, πανταχῇ, γρᾴδιον, κρεᾴδιον, simil. — Ubicunque horum aliquid in titulis melioris aetatis occurrit, non caret illo ι (cfr. C. I. 175 εὐκλῄζων; 569 (infer. aetat.) χρῄζονθ'; ib. 150. 151. 153 ἐνωιδίω — falsa igitur traduntur Moer. p. 146 ἐνώτια Ἀττικῶς, ἐνώδια Ἑλληνικῶς cfr. Et. M. 345, 3 ἐνῴδια σὺν τῷ ι τὰ ἐνώτια —; Rang. I 22 πατρῴης; Eph. A. 556 (circa Ol. 250) πατρώας; C. I. 38 (inferior. aet.) etiam ὤχετ' (pro ᾤχετ'). Memorabile est ΕΦΩΤΕ (pro ἐφ' ᾧτε) C. I. 93 (Ol. 108, 4) et λῶο[ν] pro λῷον Hermes I 312.

Ubi non origo vocis cuiusque causa illis usus adparet, res ex pronuntiatione repetenda est. Nam omnino pronuntiatio Atheniensium ita comparata fuisse videtur, ut facile tale ι sentiretur. Ita habetur vel ψηιφίσματα in E. Curtius Inscr. A. N. R. D. I (= Eph. A. 369) et commemoro etiam ΒΟΙΗθήσαντας (Beulé l'aerop. d'Athèn. p. 337 n. 15) propter Arist. Pac. v. 926 βοΐ; μηδαμῶς ἵνα μὴ βοηθεῖν ποι δέῃ, ubi sunt qui de itacismo cogitent.

XVII. Ad vulgarem pronuntiationem pertinent haec:

a) ἐν C. I. 71 ἐμ πόλει, 123. 150 ἐμ Πειραιεῖ; 124 ἐμ βουλευτηρίῳ; 127 ἐμ Μαραθῶνι, 155 ἐμ πλαισίῳ, 158 ἐμ πεδίῳ, 171 ἐμ Ποτειδαίᾳ, 213 ἐμ Πανδίονος; Rang. I 250 ἐμ Ποσειδίῳ; 56 ἐμ Μελίτῃ.

C. I. 150 ἐγ κιβωτίῳ, 160 ἐγ κύκλῳ. —

C. I. 147 ἐς Σάμῳ (cfr. 87); 171 ἐς Σίγγῳ; ib. 213

εἰςτήλῃ pro ἐν στήλῃ; Hermes II 28 ἐςτήλῃ pro ἐν στήλῃ; Rang. I 269 ἐς σανίδι. —

b) ἐκ C. I. 115 ἐγ Μ., 139 ἐγ Λέςβου; 147 ἐγ Σάμου; 157 ἐγ Βενδιδείων, ἐγ Διονυςίων; 158 ἐγ Δήλου; 168 ἐγ Μυρίνης; 175 ἐγ Μεγάρων; 181 ἐγ Μυρινούττης; 525 ἐγ λιμένος. Ib. 101 ἐγλέγειμ; tab. n. XIII ἐγλυθέντων. R. I 250 ἐγ Βυζαντίου; Eph. A. 3415 ἐγ Χερρονήςου; 3527 ἐγφέρειν; 3587 ἐγ Θετταλίας; 3809 ἐγλέξοντες. —

c) *artic. et termin. in* ν̄: *ante labiales:* C. I. 71 τῶμ πόλεων; 73 ὅταμ περ; 76 ἐάμ περ, ὅταμπερ; 82 τῶμ μιςθώςεων, 85 τὴμ φυλὴν; 87 ὅταμ πέμπῃ; 101 ἐςτιμ περὶ, τῶμ Πειραιέων, ὅταμ ποιῶςι, ἐγλέγειμ παρ'; 105 τῶμ προέδρων, εἰς τὴμ πόλιν; 138 παρὰ τῶμ προτέρων; 139 θηρίκλειομ περίχρυσον; 160 τὸμ βωμὸν, τὴμ πρόςταςιν, τὴμ πρὸς ἕω; 170 in epigramm. εὐπόλεμομ (μαρνάμενοι), μὲμ ψυχὰς, μὲμ πόλις, ἐμ προμάχοις; 525 θεῶμ πρὸς; tab. nav. IV ἱςτὸμ μ., XVI ἐςτιμ περὶ — ὑπὲρ τούτωμ προςοφείλουςιμ πρὸς; XVII ὀφείλουςιμ· Φιλόδημος — ταρρόμ, πηδάλια; Rang. I 250 ὀμ Μεθωναῖοι, ἀκόντωμ Μεθωναίων, ἐάμ μέν, χιλίωμ μεδίμνων. —

ante gutturales: C. I. 84 τὸγ γραμματέα, 101 τῶγ καιρῶν, ἂγ καί; 147 ἱερῶγ χρημάτων; 150 ὀγ Γέλων; Rang. I 57 τὴγ γυναῖκα; II 464 Εὔρογ καί. —

ante δ: C. I. 129 ἔχωμ διετέλει.

ante λ: C. I. 76 τῶλ λογιςτῶν, τὸλ λόγον. —

Cfr. etiam Ross. Inscr. Gr. ined. titulos Parios 147. 148: περὶ τὴμ πόλιν τὴμ Παρίων — καὶ νῦγ καὶ ἐν τῷ πρόςθεγ χρόνῳ — αὐτὸγ καὶ ἐκγόνους — πρὸς τὴμ βουλὴγ καὶ τὸν δῆμον — Ἀμφίλυκογ καὶ — Ἀρίςτοχομ Μεγακλέους — ἀγαθὸγ καὶ νῦν καὶ ἐν τῷ πρόςθεν χρόνῳ — ἦςαμ προξένους — ἀτέλειαγ καὶ προεδρίαν καὶ — πρόςοδομ πρός. —

Talia etiam in libris ut in La Sophoclis saepius occurrunt: ςὺγ κατάγμαςι, ςὺμ πλήθει, ἐμ μέςῳ. Cfr. G. Hermann. de emend. r. gr. gr. cap. IV. Nec tamen haec ad urbaniorem elegantioremque pronuntiationem referri debent.

Ut in libris velut in eodem libro Sophoclis ἔνκαρπος, πάνκαρπος, ἐνγενής, similia sunt obvia, ita in titulis habentur haec:

C. I. 22 ἐνγύς; 85 b ἐνγόνους, ἐξενενκεῖν; 90 πένπτης; 93 συνχωροῦσιν, ἐνγράψαι; 99 Ὀλυνπίῳ; 107 ἐπανγέλλεται, ἀπανγελοῦσι; 112 συνπρόεδροι; 141 Ἑκατονπέδῳ; 165 Κλεόνβροτος; 169 Ὀλυνπιάρατος; 171 ἔνγραφοι; 548 Ἀνγελῆθεν; tab. nav. IV ἀγκύρας et ἀνκύρας; Rang. I 48 Λανπτρεύς; 56 ἐνκέαντι, ἐνκαυτῆς; Rev. arch. 1863. VIII 92 ἀνάνκης; Ep. Hell. An. 1860 n. 3 ἐνλείπουσα; Philist. III 550 Πάνφιλος, ἐπιτυνχάνων. —

Addo hic scripturam Ἀρισστόδαμος C. I. 13; Ἀρισστογείτων ib. 25; ἀρισστεύων Rang. I 31. Cfr. Τελέσστας C. I. 166. —

Denique C. I. 160 ἔκποδες legitur; in tab. nav. XI, XIII, XIV, XVI tum ἐξδάκτυλα tum ἐγδάκτυλα occurrit. Cfr. quae Elmsleius ad Eur. Med. v. 1150 sq., Lobeckius ad Phryn. p. 412 sqq. et Pathol. II 212 edisserit. Recte Lobeckius contra Porsonum et Elmsleium formam ἐξμέδιμνος Aristoph. Pac. 631 tuetur. —

XVIII. De hiatu et elisione

haec adfero: C. I. 82 ἀντὶ ὅτου; 87 παρὰ Ἀθηναίων; Rang. I 12. 19 μ' ἀνέθηκε; C. I. 86 τῶν δ' Ἀθηναίων; 93 ἐφ' ὧτε (sic ΕΦΩΤΕ) — μήτε ἀποδόσθαι — ὅς' ἂν — δ' ἀπάγειν — μετ' Εὔβουλον — τὴν δ' ἐν — ἐὰν δὲ οἱ — μετ' Ἀρχίαν; 99 ἀρετῆς τε ἕνεκα; Rang. I 250 μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι — μήτε αὐτοὶ — μ[ήτε ἄ]λλον. —

Saepius in versibus perscribitur vocalis elidenda velut C. I. 24 τόδε ἄγαλμα ἱερῆσι pro τόδ' ἄγαλμ' ἱερῆς', ut scribit Boeckhius; 85 ἔδρασε ἀγαθά p. ἔδρας' ἀγ.; 173 τοιῶνδε ἀνδρῶν pro τοιῶνδ' ἀνδρῶν; 175 δὲ pro δ', πατέρα pro πατέρ' (ut ἐκείνων pro κείνων), sed εὐκλέϊς'. Cfr. ib. 456 τὸ ἄντρον pro τὤντρον. Rev. arch. 1863. VIII p. 92 δὲ ἄφθονος pro δ' ἄφθονος. —

XIX. De crasi.

cfr. Rang. I 8 ΤΑΘΕΝΑΑΙ i. e. τἀθηνάᾳ (τῇ Ἀθηνάᾳ); C. I. 8 Ἄισωπος καὶ ἀδελφοί i. e. ὁ Αἴσωπος καὶ οἱ ἀδελφοί; C. I.

4. 75. 76. 82. 103 τἄλλα; ib. 160 ΤΟΛΑΙΜΑΤΟΣ i. e. τὠγάλματος. — Cfr. C. I. 106 προεβούλευσεν. —

XX. De spiritu

memorabiles sunt tituli apud Rang. I 56. 57 Ol. 93, 2 i. e. ea aetate scripti, qua signum spiritus asperi H evanescere coepit. In iis saepius abest illud signum ubi addendum erat ut in ἕδραν cfr. κατιστᾶσιν, δωδεκημέρου; saepe contra morem additur: Ηοικοῦντι, Ηέχοντα, προσΗαπέδομεν, Ηικριώματα, Ηεν (pro ἐν), Ηοροφήν, Ηενκαυτής, Ηεπὶ, Ηπιστυλίῳ; cfr. Rang. p. 62. —

Cum illo προσΗαπέδομεν vel potius cum C. I. 160 ΤΡΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΣ i. e. τριήμιπόδιος comparari potest quod Athenaeus IX 397 e de voce ταῶς ex Tryphone prodit: ταῶς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι ὥς φησι Τρύφων τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες. πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους (v. 102, 269, 885). —

Commemoro hic etiam, ut in titulis, quos modo adtuli, Ηέχοντα, Ηεχομένων comparet, ita Rang. I 250 ΗΕΧ … i. e. ἔχουσι haberi, ubi alia eiusmodi non occurrunt, ut radix ΗΕΧ retenta videatur. —

XXI. De ν ἐφελκυστικῷ.

Tituli nullam exhibent in hac re constantiam. Tum enim illud ν ante vocalem abest, tum ante consonantem servatur. Ut pauca adferam, cfr.

C. I. 71 b (c. Ol. 82) τοῖσι μύστησιν καὶ τοῖς ἐπόπτησιν καὶ τοῖς ἀκολούθοισιν καὶ δούλοισιν τῶν — καὶ Ἀθηναίοισιν ἅπασιν ἄρχειν — ἐν τῇσι πόλεσιν, οἳ — καὶ Ἀθηναίοισιν ἐκεῖ ἐν τῇσιν αὐτῇσι πόλεσιν τοῖσι —είζοσι μυστηρίοισιν· τὰς κτέ. Ib. 73 c Ἀθήνησιν γραφ. — Rang. I 250 (Ol. 89, 2) ἔδοξεν τῇ βουλῇ (haec est legitima formula ἔδοξεν) — ἐπρυτάνευε, ἐγραμμάτευε, εἶπε, quae solent etiam ante vocalem illo ν carere; — ὦσι, ἐπι — πόλεσι γίγνεται — ὁμολογῶσιν [ἀμφότε]ροι — ἐπαινῶσι, γνώμας — ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος — ὦσι προς — πό-

λεcι, ἐὰν — φαcὶ, βουλεύcαcθαι — ναυcὶ βοηθεῖν. C. I. 76 (c. Ol. 90, 2) ἐcτὶν τοῖc — ἐcτι τούτων — ἀποδῶcιν, ζητήcαντεc — οἶδεν ταμίαc — διαχειρίζουcιν, ἀπ. — ἐcτὶν ἑκάcτῳ — ἀναγράψουcι τὰ — χρήμαcιν τοῖc — ἔφερεν, ει — ταμίαcι τοῖc — ἐcτίν, ἡ (Rang. I 118). C. I. 80 [ἀπ]οδιδῶcι, ἐκπράττ — ἀποδιδόαcιν, παρὰ — C. I. 137. 141. 142 ἐγραμμάτευε, οἱ δὲ; 150 ἐγραμμάτευε, ἐν τῇ — 151 ἀνέθηκε, ἐφ' ᾗ et ἀνέθηκεν· ἐν —; 138 ταμίαcιν οἷc, 139 ταμίαcι οἷc; 141 ξυνάρχουcι οἷc; 144 ξυνάρχουcι εἰc —; C. I. 93 (Ol. 108) ἐξείργωcι ἡ — Αἰξωνεῦcιν καὶ — εἰcενέγκωcι, ὑπολογίζεcθαι — Αἰξωνεῦcιν, ἑλέcθαι.

Quoniam librarii in ν temere addendo vel demendo commune praeceptum sequi solent, in Thucydidem maxime utrumque illud cadere videtur, quod optimi libri saepissime illud ν ante consonantem servant (cfr. titulum quem primo loco adtuli), ante vocalem omittunt; atque quod G. Hermannus de emend. r. gr. gr. p. 23 quia in fine l. II et III ξυνέγραψεν sit, id in fine l. IV reponendum censet, magis contrarie tribus locis ξυνέγραψε Thucydidem scripsisse putaverim.

G. Hermannus l. c. cap. V triplici utilitati ν paragogici, ut hiatui vocalium emolliendo inserviat, ut in versibus syllabam longam efficiat, ut in productione syllabarum etiam sequente duplici consonante adhibeatur, quartam addit, ut in versuum (omninoque orationis) fine aptam iustamque pausam constituat (cfr. p. 22). Plura de hac re disputavit Lobeckius Pathol. II p. 174 sqq.

Si aliquid in hac re statui potest, ita distinguendum esse puto, ut ante consonantem versus sequentis a d d a t u r illud ν, cum a r s i s versum claudit velut in trimetris iambicis (δικοῦcα τεῦχοc ἀcτρόφοιcιν ὄμμαcιν Aesch. Choeph. 99, ubi solus Turn. ὄμμαcι), o m i t t a t u r, cum in t h e s i n versus exit ut v. epicus (cfr. Rang. I 20 Λυcέᾳ ἐνθάδε cῆμα πατὴρ Cήμων ἐπέθηκε).

XXII. Ἄχρι, μέχρι.

Rang. I 156 (c. Ol. 91, cfr. Eph. A. 364) μέχρι ἑξακοcίων; idem est ib. 270. Ib. 276 μέχρι ἀνδρῶν.

C. I. 76 AKP. Σ (sic) legit Boeckhius ἄκριc cυναγωγῆc: accuratius Rang. I 118 exhibet AKP[ι τῆ]c cυναγωγῆc i. e. ἄχρι τῆc cυναγωγῆc. Ib. 250 μέχρι τοῦ τεταγμένου.

Phryn. p. 14 ed. Lob.: μέχριc καὶ ἄχριc cὺν cίγμα ἀδόκιμα· μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε. Moer. p. 34 ἄχρι ἄνευ τοῦ c̄ Αττικῶc, ἄχριc Ἑλληνικῶc; ib. in Herodiani frgm. p. 451 ἄχρι καὶ μέχρι ἄνευ τοῦ c· τὸ δὲ cὺν τῷ c Ἰωνικόν.

Lobeckius ad Phryn. l. c. et Pathol. II 210 rem in medio relinquit. Illis titulis memoria grammaticorum comprobatur et certe Atticis scriptoribus, Thucydidi, Xenophonti, Isaeo, Platoni, aliis ubique formae ἄχρι et μέχρι sunt reddendae. De Thucydide diserte testatur Thom. Mag. p. 13, 8 Rtschl. ἄχρι καὶ μέχρι Θουκυδίδηc ἀεὶ λέγει οὐ μόνον ἐπαγομένου cυμφώνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντοc. «Non mirum; Thucydides enim magno studio hiatus istos vocalium conquirit, διὰ τὴν cεμνότητα τοῦ λόγου. v. Herming. περὶ Ἀξιώματοc». Lobeck ad Phryn. p. 14. Quod addit eo loco Thomas M. οἱ δ' ἄλλοι ἐπαγομένου μόνον φωνήεντοc καὶ μετὰ τοῦ c καὶ χωρὶc τοῦ c γράφουcιν οἷον ἄχριc οὗ καὶ ἄχρι οὗ (debebat dicere et fortasse dixit οἱ δ' ἄλλοι ἐπαγομένου μόνον [cυμφώνου ἀεὶ λέγουcιν ἄχρι καὶ μέχρι, ἐπαγομένου δὲ] φωνήεντοc καὶ μετὰ τοῦ c καὶ χωρὶc τοῦ c γράφουcιν οἷον ἄχριc οὗ καὶ ἄχρι οὗ), in eo aut diversa aetas non distinguitur aut ex corruptis libris iudicium est haustum.

XXIII. Ποτείδαια.

C. I. 170 Ποτειδαίαc; 171 ἐν Ποτειδαίᾳ. Inde Fr. Thierschius Act. Monac. II 416 monuit Arist. Equ. 438 pro cὲ δ' ἐκ Ποτιδαίαc recipiendum esse cὲ δ' ἐκ Ποτειδαίαc. Cfr. Rang. II 370 ἐc Ποτειδαιαν: II 394 (ante Ol. 106, 1) τῶμ Ποτει[δαιατῶν]: (Ussing. Inscr. Gr. ined. 68 ἐc Ποτίδαιαν).

Cfr. Λακρατείδη, quod Ach. 220 Bentleius reposuit pro Λακρατίδη (Av. 1166 Λαυριωτικαὶ ex Λαυρειωτικαὶ corruptum est; Διιτρεφὴc ex Διειτρέφηc depravatum cfr. supra p. 39), et Lobeck. Paral. 5 sqq.

XXIV. Στοιά.

C. I. II 2483 in dorica inscr. ἐ(πὶ) τᾶς [c]τοιᾶς τᾶς παρὰ τὸ πρυτανεῖον. C. I. 160 τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς. Hermes II 28 (Ol. 92, 4) στοᾶς τῆς βασιλείας. (Philist. II 134 στοᾷ). Cfr. Phot. 539, 16 στοᾶν καὶ σὺν τῷ ῖ ἑκατέρως λέγουσιν. Cfr. Et. M. 550, 6 κῴδιον· ἰστέον ὅτι τὸ κῴδιον καὶ στῴδιον εὐλόγως ἔχει τὸ ἰ· τὸ δὲ λαγῴδιον παραλόγως· ἔστι γὰρ στοιὰ στοιᾶς κτέ. —

Non adsequor, qua ratione auctore Elmsleio propter Eccl. 676. 684. 686, ubi *metri necessitate* στοιᾶς usurpatur, Ach. 548 contra libros στοιᾶς scribatur. —

XXV. Πειραεύς.

C. I. 102 (Ol. 100—115) Πειραέας, Πειραέων, Πειραέα praeter Πειραιεύς, Πειραιέα. Tab. nav. XIV (Ol. 113, 4) ἐμ Πειραεῖ.

Arist. Pac. 145 ἐν Πειραεῖ libri; cfr. Dindorfii adnot. Hoc argumento esse potest et in Πειραιεύς et in δείλαιος et in aliis, ubi diphthongus ᾰι corripitur, simplicem vocalem scripsisse poetas. —

Cfr. ὑεῖς pro υἱεῖς, quod non solum in titulis Rom. aetatis sed etiam Hermes II 28 (Ol. 92, 4), C. I. 85 b (Ol. 102) legitur (Rang. II 1026 ὑόν), et παρειληφῦα, κατεαγῦα tab. nav. XVI, XVII, Rang. 857, de quibus Lobeck. Path. II 25 sqq. edisserit. —

XXVI. Ποεῖν.

Sexcentis locis titulorum et antiquiorum et recentiorum scriptura ποεῖν occurrit.

Cfr. C. I. 23 comp. Rang. I 26 ἐπόησεν; Rang. I 42. 44 ἐπόησεν; II 2489 τόδ' ἐπόει; C. I. 101 ποεῖ. 102 ποήσωσιν, πεπόηκεν; 103 ποεῖν; 85 b ἐποήσατο. Item tab. nav. XIV; Rang. II 410. 426. 447 (ποήσεως). 859. 1000. 1009. 1020. 1068. 1100. 1102. 1107. 1113. 1190. 1210. Ussing I.

Gr. in. 54. Beule Acrop. d'Ath. II 326. Eph. A. 123. 125. 171. 369. 371. 2007. 2192. 2309. 3294. 3555 (Ol. 89, 4) εὐποεῖ; 4042.

Et. M. 679, 24 ἰστέον ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἀποβάλλουσι τὸ ι λέγοντες ποῶ: Καὶ ἀποροῦσί τινες λέγοντες ὅτι εἰ ἄρα οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ κλαίω καὶ καίω ἀποβάλλοντες τὸ ι ἐκτείνουσι τὸ δίχρονον, διὰ τί καὶ ὧδε ἀποβάλλοντες τὸ ι οὐκ ἐκτείνουσι τὸ ο εἰς τὸ ω κτέ.

Inde et ex eo, quod correpta penultima in optimis libris poetarum scenicorum ποεῖν legi solet, perspicitur ipsos poetas cum diphthongum οι corripiebant, scripsisse ποεῖν. Nam et ex illis titulis et inde quod libri solent exhibere, non constanter exhibent simplicem vocalem in illa correptione, efficere licet, librarios non cum consilio ποεῖν pro ποιεῖν, sed temere interdum consuetam formam ποιεῖν pro ποεῖν substituisse. Atque sic habemus in versu scriptum in titulo recentiore a L. Ross. Gerhard. Arch. Zeit. 1843 p. 112 edito: στήλην Παρθενόπης ἴδιος γαμέτης ἐπόησεν.

Itaque si ipsorum poetarum scripturam reducere voluerimus, debebimus, ubi diphthongus corripitur, Πειραεύς, δείλαος, ποεῖν, τοοῦτος, similia scribere. —

XXVII. Σμικρός. μικρός. Μικα.

a) Saepius occurrit in titulis μικρός (parvus) ut C. I. 736 (c. Ol. 84). 150 A. 151. tab. nav. II, XVIII; Rang. II 849, 858; Hermes I 312; saepius in titulis a Kirchhoffio Phil. XV 402 sqq. coniunctis; Eph. A. 3368. Semel mihi obvium fuit σμικρός. Rang. II 848 (σμικρὸν ἀνάθημα). — Rang. II 857 κανᾶ μικά pro κ. μικρά. —

Elmsleius ad Eur. Med. v. 361 καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι haec adnotat: »De σμικρός et μικρός apud tragicos idem statuendum videtur quod de ξύν et σύν«. De ξύν et σύν autem Elmsleius praef. ad O. R. p. XII statuit post breves vocales σύν, post longas et post diphthongos et consonantes et initio versus ξύν tragicos usurpasse. — G. Din-

dorfius (Thesaur. s. v. μικρός) censet tragicos comicosque nonnisi metri vel euphoniae causa ϲ abiecisse. —

Apud Sophoclem sex fere locis La μικρός habet, ut ex ipsa multitudine exemplorum ϲμικρός praeferendum sit. Aristophanis libri maxime fluctuant et totidem fere locis μικρός quot ϲμικρός exhibent. —

Unum mihi comparatis locis observasse videor dici inprimis de *hominibus* parvis μικρός, non ϲμικρός. Cfr. Soph. O. R. 1063 μὲ μικρὸν καὶ μέγαν διώριϲαν, Ai. 161 μέγαϲ ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων, quibus locis metrum ϲ ferre nequit; frgm. 39 D. (apud Phot. 643, 7 et in Et. M. 789, 43) εἰ μικρὸϲ ὢν τὰ φαῦλα νικήϲαϲ ἔχω; Arist. Pac. 821 μικροὶ δ' ὁρᾶν ἦϲτ', Ran. 709 Κλειγένηϲ ὁ μικρόϲ, Eccl. 629 τοῖϲ μικροῖϲ. O. C. 148 κἀπὶ ϲμικροῖϲ μέγαϲ ὥρμουν non adversatur huic sententiae; ibi enim κἀπὶ ϲμικροῖϲ ut de re dictum est. Praeterea apud tragicos μικρὸϲ non usurpatur nisi metri causa (apud Soph. uno loco Trach. 361 ἔκγλημα μικρόν). Itaque apud Sophoclem duobus locis O. C. 5 et 72 μικρὸϲ in ϲμικρόϲ, duobus Ai. 158 ϲμικροὶ μεγάλων χωρὶϲ (cfr. ib. 161) et O. C. 958 ϲμικρὸν τίθηϲι (cfr. O. R. 1063) ϲμικρὸϲ in μικρὸϲ corrigendum videtur.

Non licet Aristophanem in hac re componere cum tragicis. Nam ut libri eius permultis locis formam μικρόϲ exhibent, ita Aristophanes hanc *vulgarem* formam plerisque locis praetulisse videtur. Non enim ϲμικρόϲ debet comparari cum ξύν. Nam et χ in ξύν (ΧΣΥΝ) Aristophanis aetate in pronuntiatione vulgi auditum esse, et a μικρόϲ ϲ iam tum abfuisse, tituli docent (cfr. C. I. 736 et quae infra p. 57 sq. de ξύν, ϲύν disputabuntur). Itaque tragicos antiquiorem formam retinentes ϲμικρόϲ, comicos vulgarem sermonem sequentes μικρόϲ dicere maluisse consentaneum est. — Cfr. Koen. et Schaef. adn. ad Greg. Cor. p. 500. De Thucydide cfr. Poppo Prol. I p. 210. Remansit ϲ in nominibus propriis (Σμικρόϲ Rang. II 1483; Σμικρίαϲ tab. nav. IV; Σμικύθου Rang. II 1002 et 1272, Μικύθου C. I. 183 infimae aetatis et Rang. II 938, etc.).

De forma μικόϲ cfr. adnot. ad Greg. Cor. p. 281 sq. —

b) Addo hic scripturam nominis Μίκα: C. I. 970 Μίκκη cfr. K. Keil. Philol. XVI 23. Rang. I 338 Μίκκα; ib. II 1684 ΜΙΚΑ. Recte igitur Meinekius Vind. Arist. p. 156 ad Thesm. 760 librorum scripturam Μίκα revocat et ib. p. 128 quod Hyperidis oratio inscribatur ὑπὲρ Μίκας (Poll. VII 191, X 39), id in ὑπὲρ Μίκκας mutari debere negat. —

XXVIII. De scriptura γίνομαι, γινώσκω.

Rang. I 250 (circa Ol. 89) γίγνηται etc.; ib. 257 (c. Ol. 92) τὰ γιγνόμενα; II 375 (Ol. 92, 3 cfr. Eph. A. 1062) γιγνομ..; C. I. 86 (paulo post Euclidem) γίγνεσθαι; Rang. II 856 (Ol. 100, 4 cfr. Eph. A. 180) τὸγ γιγνόμ[ενον]; ib. 475 γίγνεται (ib. 857 γ[ιγ]νόμενα legendum est). E. Curtius Inscr. A. N. R. D. n. 12 (paulo post Euclidem) ἐγίγνετο cfr. Rang. I 273. M. H. E. Meyer Comm. Ep. 1 (ante Ol. 105) γίγνηται; tab. nav. IV (c. Ol. 106) γίγνεται, γίγνονται etc.; Rang. II 868 (Ol. 107, 3) ἀναγιγνωσκομένων; C. I. 93 (Ol. 108, 4) γίγνηται, γίγνωνται; (ib. 87, ubi γί[νω]νται, vitiis scatet; item 103 (circa Ol. 114), ubi γίνηται; 108 ex Koehleri apographo γένηται legendum). Eph. A. 3452 (Hermes I 318) γίγνονται. Tab. nav. XIV (Ol. 113, 4) γιγνόμενον, καταγιγνωσκόντων; XVI (Ol. 114, 2) γιγνόμενα. Eph. A. 861 (post Euclidem) παραγινόμενοι pro παραγενόμενοι ut videtur. — C. I. 127 (post Alexandri aetatem) παραγίνεσθαι; Eph. A. 1202 (Rom. aet.) γίνεσθαι; ib. 4042 γινόμενα, 4098 et 4104 παραγινόμενοι, qui tituli sunt vel circa Ol. 122 vel post eam scripti. C. I. 916 (infimae aetatis) γίνεται. Philist. IV 92 γινομεν.. — Ep. Hell. An. 1860 n. 50 (in recentissimo titulo) ἐπιγινομένο[ις]. —

Cfr. Eustath. ad Il. Π 362 τὸ δὲ γίνωσκε καὶ ἁπλῶς τὸ γινώσκειν οἱ μὲν ὕστερον Ἀττικοὶ μετὰ καὶ δευτέρου γ γιγνώσκειν φασὶν ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ καθὰ καὶ τὸ γίνεσθαι γίγνεσθαι· Ὅμηρος μέντοι ἀρχαϊκώτερον ἀγνοεῖ καὶ ἐν ἀμφοῖν τὸ δεύτερον γάμμα· ἔστι δὲ ὅμως ἀκριβέστερον τὸ τῶν ὕστερον, εἰ καὶ εὐφωνότερον τὸ τοῦ Ὁμήρου. Ib. ad Od. Μ 295 εἰ δὲ τοῦτό τοιοῦτο καθ' Ἡρακλείδην, πταίοιτο ἂν ὁμοίως καὶ τὸ

γίνεϲθαι καὶ τὰ κατ' αὐτὸ πάντα, οἷϲ οἱ μὲν παλαιοὶ (scil. Ἀττικοὶ) ἐν δυϲὶ γάμμα ἐχρῶντο γίγνομαι λέγοντεϲ καὶ γιγνόμενοϲ.

Moer. p. 108 γίγνεται Ἀττικῶϲ, γίνεται Ἑλληνικῶϲ.

Alexandri fere aetate scriptura γίνομαι, γινώϲκω videtur increbuisse. Quum autem optimi libri Aeschyli, Sophoclis, Thucydidis, Platonis semper fere scripturam γίνομαι, γινώϲκω exhibeant, hoc habemus insigne exemplum documentumque, in talibus rebus librarios consuetudinem posterioris i. e. suae aetatis secutos esse. In hac manifesta apertaque re libros non sequimur; in aliis eiusdem modi rebus non minus consuetudine posterioris aetatis immutatis vana superstitione eos sequemur licet simus meliora edocti?

XXIX. Ξύν, ϲύν. Εἰϲ, ἐϲ.

De usu formae ξύν in titulis conferenda sunt quae Boeckhius C. I. I p. 214 et in Abhandlungen der h. phil. Kl. d. k. Acad. zu Berlin. 1834 p. 26 sq. statuit. Terminus usus formae ξύν definitur fere titulo C. I. 147 (Ol. 92, 3), in quo semel καὶ XΣυνάρχοντεϲ, bis et vicies καὶ ϲυνάρχουϲιν comparet. Ib. 148 (Ol. 93, 1) et Rang. I 56. 57. 97 (Ol. 93, 1—2) semper ϲυν habetur. Ib. 144 (Ol. 91, 3), 145 (Ol. 92, 1), 146 (Ol. 92, 2) ξύν exaratum est. Sed iam in titulo ib. 76 (circa Ol. 90, 2) ubique ϲύν obvium est (ϲυναγωγῆϲ, ϲυνανοιγόντων, ϲυγκλειόντων, ϲυϲϲημαινέϲθων, ϲυμπάντων). Ib. 74 (Ol. 86, 4) ξυμμαχίαν est. Itaque Ol. 90—92 fere tempus definitur, quo scriptura ξύν magis magisque obsolevit (cfr. Rang. I 119. 120. 121. 122. 250. 251. 253. 268. 275. 293. 302. 345. Eph. A. 1103. 1616). Postea semper ϲύν in titulis legitur; unus titulus C. I. 86, qui haud multo post Euclidem scriptus est, ξυμβόλων et ξυμβολάϲ habet (ib. 87. Ol. 101—103 ϲύμβολα). Unum verbum tribus fere locis per ϲυν, sexcentis per ξῦν scriptum vidi ξυμβάλλεϲθαι in formula γνώμην ξυμβάλλεϲθαι, in qua nihil aliud nisi traditam formulam conservatam esse puto (cfr. Rang. II 377. 474. Eph. A. 158. 371. 902. 1363. 1601. 1627. 2000. 2487. 3147. 3651. 4046. 4097.

4107. 4108; Ep. Hell. An. 1860 n. 2. 3 Philist. II 132; III 150; etc.) —

De praepositione εἰς ex titulis propter literaturam Atticam nihil certius statui potest nisi hoc, etiam ante Euclidem interdum ΕΙΣ reperiri (cfr. Rang. I 56. 57 εἰς ἕδραν, εἰς τὴν ὀροφήν; ib. 113 εἰς Παναθήναια atque etiam in additamento ad C. I. 76 apud Rang. I 118 εἰσεληλυθότα, εἰς ἐπίδοσιν praeter ἐς ἀπόδοσιν etc., ib. 250 εἰσεμπορεύεσθαι), post Euclidem simulatque, quod nondum factum in C. I. 82, percrebuit usus ubique ει exarandi, raro occurrere ἐς (velut ib. 98 ἐς τὸν δῆμον, saepius ἐς τὸ Πρυτανεῖον εἰς αὔριον vel εἰς τὸ Πρ. ἐς αὔριον, sed etiam εἰς τὸ Πρ. εἰς αὔριον cfr. Eph. A. 1015. 214. 237. 401. 402. 407. 1073. 1398. 2733; Rang. II 388). C. I. 84 (Ol. 100, 4) ubique habetur εἰς, 87 saepe ἐς (et ἐπιγράφεν pro ἐπιγράφειν) sed εἰσφοράν: 158 (Ol. 101, 2) ubique εἰς. —

Et. M. 311, 6 ξὺν Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ σὺν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια· οὕτω καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες. De Thucydide cfr. Marcell. vit. §. 52. Praeter Thucydidem illud maxime ad Aristophanem pertinet, cuius libri ξὺν plerisque locis conservarunt, ut ille σὺν nisi vel metri vel euphoniae causa scripsisse non videatur. Saepius librarii ξὺν intulerunt, ubi metro σὺν exigitur. De euphonia lubricam esse quaestionem Lobeck. Paral. diss. I docere potest. Accedit quod vetusta scriptura ΧΣυν documento est propriam fuisse Atticis huius vocis pronuntiationem. Illud quidem concederem Thesm. 656 de Bothii sententia melioris soni causa scribendum esse συζωσαμένας, nisi in initio versus alia esset ratio. Tragicos magis quam Aristophanem ad formam σύν inclinasse et per se probabile est, cum illi minus vulgarem sermonem sequerentur, ut libris comprobatur. Certa praecepta aegre statui posse videntur. —

De praepositione εἰς cfr. Phot. bibl. 533 a 10 Bekk. ἀναλογώτερον ἀντὶ μὲν τῆς εἰς προθέσεως τὸ ἐς λέγειν — πᾶσα γὰρ πρόθεσις βραχυκαταληκτεῖν θέλει et ib. 535, 6, 2: Οἱ Ἀττικοὶ κατά τι πάτριον ἔθος οὐ χρῶνται τῇ ει διφθόγγῳ ἐν τῷ λέγειν ἐς κόρακας ἢ ἐς μακαρίαν. ἀλλ' ἄνευ τοῦ διχρόνου

ἐκφωνοῦσι τὴν πρόθεσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ μετὰ τοῦ διχρόνου καὶ χωρὶς τοῦ διχρόνου τὴν πρόθεσιν λέγουσιν. Inde quamquam colligitur promiscue Atticos ἐς et εἰς adhibuisse, tamen ipsa illa exceptio arguit, crebriorem fuisse formae εἰς usum, id quod item titulis comprobatur.

Thucydidem plerumque ἐς scripsisse vide apud Popp. proleg. I 212. Aristophanem ἐς ante vocalem vitavisse primus vidit Porsonus praef. ad Hec. p. LVI. (Vesp. 147 Hermannus et Dindorfius οὐ γὰρ ἐρρήσεις emendaverunt; Thesm. 1657 pro εἰσελήλυθε Bentleius ἐσελήλυθε vel εἰσήλυθε, Elmsleius εἰσῆλθεν coniecit: quum aoristus minus accommodatus sit quam perfectum, ἐσελήλυθε in anapaestis ferendum videtur. Ib. 1122 ἐς εὐνὴν ipsum quoque argumentum est versum Euripidis haberi ut Pac. 140). Elmsleius ad Aristoph. Ach. 42 (cfr. ad Eur. Med. v. 88) ἐς e comicis omnino expelli iubet, quod Fritzschius ad Thesm. v. 657 exemplo κὰς refellit. G. Dindorfius denique, quem secutus est Meinekius in ed. Arist., censet ad Ach. v. 242, apud comicos εἰς ante vocales, ἐς ante consonantes literas scribi, a qua lege tragicorum usus ita tantum recedat, ut ἐς etiam ante vocalem dicatur, ubi metri necessitas postulet. Dindorfius igitur comicis illud tribuit, quod Cramer. Anecd. I p. 172, 4 de Homero traditur: Εἰς — συμφώνου μὲν ἐπιφερομένου ἐκβάλλειν τὸ ῑ λέγεται, φωνήεντος δὲ ἐπιφερομένου φυλάττει (l. φυλάττειν). Quid rationis hoc habet in fabulis, quarum personae vulgari sermone utuntur? Admodum, credo, mirum sit, si Trygaeus vel Dicaeopolis vel Xanthias illo modo colloquantur vel si Chremes Eccl. 866, cum procul dubio Athenienses εἰσφέρειν et εἰσφορά dicere solerent — hoc enim semper tituli habent cfr. supra inprimis C. I. 87 —, subito pronuntiet τῶν ἐσφερόντων. Deinde si Aristophanes eodem modo quo tragici ἐς ante consonantem adhibebat, quid causae erat cur ἐς ante vocalem vitaret? Videtur vero ἐς, quod Thucydides praetulit, et ad urbaniorem sermonem et ad antiquiorem usum pertinuisse, ut illud praeceptum potius ad tragicos referendum sit, quos probabile est ante consonantes ἐς prae-

ferre solitos esse. Solitos esse dico, nam ecce quis credat Sophoclem Phil. 482 ελc ἀντλίαν, ἐc πρῴραν, ἐc πρύμνην ὅποι dixisse, non quod libri praebent εἰc ἀντλίαν, εἰc πρῴραν, εἰc πρύμνην ὅποι? Quod in libro, qui inscribitur «arg Sophoclis emendandi» p. 16 adverti Sophoclem ἐc δόμουc dixisse videri, uno loco Trach. 34 oppositi causa pleniorem formam praetulisse, addo comprobari εἰc pleniorem, ἐc tenuiorem formam eo quod ex locutione ἐc κόρακαc factum est verbum cκορακίζω. Eadem ratione apud Aristophanem Pac. 356 εἰc Λύκειον κἀκ Λυκείου scribatur oportet. Aristophanem autem cum ante vocalem εἰc consulto fugerit et semper εἴcω dixerit (cfr. Elmsl. Mus. Cantabr. I 180. Quod Equ. 1336 G. Hermannus pro ἐγὼ coniecit ἔcω, falsum est; cum ἐγώ; parum sit aptum, conicio λέγω· scil. δεδρακέναι ἀγαθά cε — φημί «sane»), etiam ante consonantem plerumque εἰc adhibuisse consentaneum est. Id optimis libris, qui quidem illas locutiones ἐc κόρακαc, ἐc μακαρίαν, quibus accedere potest ἐc κεφαλὴν coί ex Plut. v. 526, cum fide exhibent, comprobatur. Ad elisionem autem et ante vocalem et ante consonantem (cfr. Ran. 186 sq. ἢ 'c ὄνου — ἢ 'c Κερβερίουc) ἐc commodius erat. Aliam rationem habet crasis post καὶ, in qua cum καὶ a vocali sequente pendeat, κεἰc ante vocalem dici debet, ante consonantem et κἀc (Av. 949, Ach. 184) et κεἰc (Eur. Alc. 841, Herc. f. 1276) suppetit, ut non sit necessarium cum Dindorfio (ad Ach. 184) alterum ex altero corrigere. —

XXX. De c quod vocatur euphonico in ἔζωcμαι, cέcωcμαι, sim.

Eph. A. 42 (Ol. 95, 3 ut videtur) διεζωμέναι, διέζωται. Tab. nav. IX b 26 ὑπέζωται. Cfr. Rang. I 56 (Ol. 93, 2) ἐνκαυτήc. —

De hac re disputat Lobeckius ad Soph. Ai. v. 704. — Nobis aliter statuendum est.

Photius p. 507, 22 et Suidas s. v. cέcωται: Cέcωται καὶ cεcωμένοc οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ c, καὶ διεζωμένοι φηcὶ

Θουκυδίδης, οἱ δὲ νεώτεροι σέσωσμαι· ἐπ' ἐνίων ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ· κεκλειμένον· πεπρημένον. Hesych. et Phot. 564, 4 σωτέος· σωθῆναι ἄξιος. Hes. ἐζωμένοι· παρόντες. Theod. ap. Bekk. An. 1020, 25 ὁ μέντοι κέκλεικα ὀφείλων ἐν τῷ κέκλεισμαι παραλαμβάνειν τὸ σ κέκλειμαι λέγεται παρὰ πᾶσιν Ἕλλησιν. Hesych. πεπρημένους· πεφυσημένους. —

Σέσωται cod. Vict. Eur. Iph. T. 607 exhibet; Ex cod. Plat. Crit. p. 109 D et 110 A διασέσωται restitutum est. Arist. Vesp. 198 libri κέκλεισμαι; Plut. 206 R. κατακεκλειμένα, reliqui κατακεκλεισμένα. Vesp. 36 in R., ἐμπεπρημένην, in ceteris vel ἐμπεπρησμένην vel ἐμπεπρησμένης. Ζῶμα Soph. El. 452; cod. Flor. ζῶσμα; Arist. frgm. 309, 7 «ζῶμα ex Clemente dedi, apud Pollucem est ζῶσμα» Dind., ζῶμα Plat. leg. X, 616 B XII, 945 C. —

Adde haec: Ar. Ran. 926 ἄγνωτα vel ἀγνῶτα libri, Herod. ap. schol., Suid. in ἀγνῶτα, Philemon. lex. p. 5 Ἄγνωτα ἀπὸ τοῦ ἄγνωτος· οὐ γὰρ παρασχηματίζεται ἀπὸ τοῦ ἀγνὼς εἰς οὐδέτερον γένος. Ἀρ. ἐν Βατράχοις. Hic error ἀγνῶτα veram formam conservavit. Soph. Ai. 704 La pr. m. Lb εὔγνωτος. Cfr. Suidas εὔγνωτος· φανερός. «Hanc formam Elmsleius ap O. R. 361 Atticis asserit argumento ex nominibus propriis Arignotus, Polygnotus, Diognotus ducto, quod tum aliquid valeret, si attici homines sic vocarentur soli». Lobeck. l. c. His nominibus propriis comprobatur, non *Atticam* illam quidem, sed *antiquiorem* formam esse. Cfr. Eust. ad Il. N, 123 καὶ ὅρα ὡς οἱ μὲν ὕστερον κελευστὸν οἴδασι διὰ τοῦ σ, ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ αὐτοκέλευστον, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ γνωστόν φασιν· Ὅμηρος δὲ ὥσπερ γνωτὸν οὕτω καὶ κελευτιόων δίχα τοῦ σ λέγει. — Phryn. ap. Bekk. Anecd. I, 13, 24: ἀγαθῶν πάντων ἐπινένηται ἡ τράπεζα· ἀντὶ τοῦ ἐπισεσώρευται μεμέστωται. Arist. Nub. 1203 ἐπινενησμένοι R. V. aliique; vulgo ἐπινενασμένοι cfr. Dind. ad Eccl. 838. Aesch. Choeph. 687 κεκλαυμένου, 731 κεκλαυμένην libri; κλαῦμα apud Sophoclem Ant. 932, Phil. 1260, Aristophanem Pac. 249, Xenophontem 2, 2, 14, Aesch. Ag. 887. 1148. 1628,

Pers. 705 κλαῦcμα Pers. 705 in Vit. Colb. 1. O. C. 1360 κλαυτός tuetur Elmsleius. La κλαυcτόc. Aesch. Ch. 751 κελευμάτων libri, κελευcμάτων Victorius, Pers. 497 κελεύματοc M. Vit. Lips. Mosc., ceteri κελεύcματοc Ch. 235 κελεύcμαcιν *etiam M.*, quod correxit Triclinius. Cfr. Et. M. 502, 19 κέλευμα ἐκ τοῦ κελεύω· Cώφρων. — Thucyd. VII, 66 (cfr. Poppo. ad III, 54) meliores libri κολουθῶcι, quod errore aliorum librorum ἀκουλῶθι confirmatur. Aesch. Pers. 1035 ἐκολούθη G. Lips. Colb. 1. Ven. A. Ox. Ald. — Ar. Ach. 459 ἀποκεκρουcμένον libri et Suidas et cum Athen. epitome Eustathius. Dindorfius ex Athen. cod. A. B. et grammatico Bekkeri An. I, 429, 9 ἀποκεκρουμένον· οἷον ἠκρωτηριαcμένον καὶ κεκολοβωμένον. καλίcκιον κτέ· οὕτωc Ἀριcτοφάνηc Ἀχαρνεῦcιν reduxit ἀποκεκρουμένον. (Cfr. Ammon. p. 109, quod fidem mereri iusta causa negat Lobeckius). Et. M. 815, 26 ὥcπερ λέγεται κροῦμα καὶ κροῦcμα, οὕτω χρῖμα καὶ χρῖcμα. Aesch. Agam. 94 χρίματοc M., in aliis χρήματοc, in aliis χρίcματοc. — Moeris p. 13 ἀπηλάθη Ἀττικῶc· ἀπηλάcθη Ἑλληνικῶc cfr. Piersoni adn. Arist. Nub. 1505 καταχαυθήcομαι cfr. ἐνκαυτηc supra ex titulo adlatum et Et. M. 310, 40; posteriore tempore dicitur ἐγκαυcτήc (Plut. Mor. 348 E). Suidas ἄλουτοc χωρὶc τοῦ c· Ἀπαράτιλτοc ἓξ ἐτῶν ἄλουτοc, quod est Arist. Lys. 280. —

Haec sufficiunt. Lobeckius l. c. dicit non mediocrem haesitationem esse, quia librarii in c addendo vel demendo multifariam peccent. Immo cognoscitur librarios *uno modo* peccavisse *addendo* c ex *posteriore dicendi consuetudine*. Iam tragicis, Aristophani, Thucydidi, cuius in libris etiam perfecta δεδραcμένων (III, 54) et ηπιαcμένων (III, 61) traduntur, Xenophonti atque ut videtur etiam Platoni antiquiores formae cέcωμαι, ἔζωμαι, κέκλημαι etc. ubique sunt reddendae. — Id memoria grammaticorum, optima quaeque memoria librorum, ratio ex usu librariorum collecta, quae omnia probantur titulis, extra dubitationem ponunt. —

XXXI. Αἰεί, αἰετός, ἐλαία, καίω, κλαίω, κλείω, (πράσσω, πράττω).

C. I. 76 (circa Ol. 90, 2) οἱ αἰεὶ ταμίαι. Ib. 80 ἡ ἀεὶ βουλεύουσα quod ubique occurrit (non ἡ αἰεὶ β.). Ussing Inscr. Gr. in. 54 αἰεί. Rang. II 476 (Eph. A. 1057) αἰεί et τοὺς αἰεὶ καθισταμένους (ib. II 478 τὸν ἀεὶ καθιστάμενον). Ib. II 784 (ante Ol. 84) in hexametro αἰεί. — C. I. 160 (Ol. 92, 4) αἰετιαῖοι, αἰετούς. Ib. 481 αἴτωμα pro ἀέτωμα; Rev. arch. 164 n. 11 ἀέτωμα. — C. I. 93 (Ol. 108, 4) de arbore ἐκκόψαι τὰς ἐλάας — τῶν ἐλαῶν — αἱ ἐλᾶαι. Ib. 123 (post Ol. 118, 3) .ΛΛΑΣ i. e. ἐλάας de fructu. — Ib. 76 (c. Ol. 90, 2) ΣΥΛΚΙ-ΕΙΟΝΤΟΝ, quod et συγκλῃόντων et συγκλειόντων legi potest. Tab. nav. XVII (Ol. 112) κλεῖθρα, κλεῖδες. —

Quam diversa de his vocibus viri docti praecipiant, docet Ellendtius lex. Soph. sub αἰεί, κλαίω, αἰετός, κλῇθρον, ἀποκλῄω, ἐγκλῄω. Unum commemoro, primum hanc quaestionem accuratius tractasse Porsonum in illa praeclara praef. ad Hecub. Solent apud tragicos comicosque ἀεί, κάω, κλάω, ἐλάα, ἀετός, κλῄω, κλῇθρον scribere. Illis titulis, memoria grammaticorum, libris ratione rem statui posse spero.

Apollon. de adv. Bekk. An. II 600: ἀλλ' ἐκεῖνο ἀληθές ἐστιν, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκτατικοί εἰσι τῶν φωνηέντων. καὶ ἔτι ἐκεῖνο ἀληθές ἐστιν, ὡς ἀεὶ ἡ ὑποστολὴ τοῦ ῑ, δευτερεύοντος τοῦ φωνήεντος, ἔκτασιν ποιεῖται τοῦ ᾱ· οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα' παρὰ τὸ ἰθαίνω· οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀεί. τὸ γὰρ ἀναλογώτερον ἐν μακρῷ τῷ ᾱ. Οὕτως ἔχει καὶ τὸ κλάω παρὰ Ἀττικοῖς κτέ. Hoc praecepto tragicis non abiudicari usum formae αἰεί advertit Ellendtius s. v. αἰεί. —

Marcell. v. Thucyd. §. 52 ὡς ἐπὶ πλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ ἀτθίδι, ἡ τὸ ξ ἀντὶ τοῦ ς παρείληφεν ὅταν ξυνέγραψε καὶ ξυμμαχίαν λέγῃ καὶ τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ α γράφῃ αἰεὶ λέγων.

Et. M. 31, 48 γέγονε δὲ αἰετὸς παρὰ τὸ ἀΐσσειν, ὅθεν καὶ ἀναλογώτερον οἱ Ἀττικοὶ ἀετὸς λέγουσι χωρὶς τοῦ ι, ὡς κλαίω κλάω. Οὕτως Ὠρίων.

Eustath. ad Il. A, 22 κατὰ τοὺς τεχνικοὺς οἵ λέγουσιν ὡς διαλεκτικοί τινες ἀποβάλλουσι τὸ ῑ τῆς αι διφθόγγου οἷον Ἀθηναῖοι μὲν τὸ κλαίει κλάει λέγουσιν· οὕτω δὲ καὶ καίει κάει αἰεὶ ἀεί. —

Thom. M. p. 120, 11 Rtschl. ἐλάα καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου κρεῖττον ἢ ἐλαία conlatis locis Thucyd. VII 81 et Aristoph. Ran. 995, ubi R. cum aliis libris ἐλαιῶν, alii ἐλαῶν praebent.

Sophoclis librum La in hac re accuratiorem se praebere inde efficio, quod aliquam constantiam in scriptura vocabuli ἀεὶ servat; nam ubi priore producta opus est, αἰεί tuetur in *diverbio* (El. 305. 650. 917. O. C. 1530. 1532. Ant. 76. Trach. 16; ἀεί habet O. R. 786. 1513 ut videtur) et in anapaestis (Phil. 148). In *canticis* aut αἰέν est (El. 165. 1239. O. C. 688. 703) aut ἀεί (O. R. 481 Ai. 599. Phil. 172. El. 218 ᾀει (sic), nam hic alia res est ac Phil. 148). —

Αἰετός Ant. 113. 1040 (frgm. 423 αἰετός in libris Arist. Av. 1337 qui semper αἰετός exhibent, frgm. 766 apud schol. Arist. Av. 515). Item Aeschyli libri αἰετός plerumque tuentur. Memorabile est quod Choeph. 247 Med. habet νῖναϊ ἔτου, quod Turnebus emendavit in εὖνιν αἰετοῦ. —

Κλαίω La semper praebet. —

Apud Aristophanem in R. scribitur ἀεί, etiam producta priore syllaba, semper αἰετός (βυρσαίετος, ἁλιαίετος), plerumque κλάω (Eccl. 425. 1027. Av. 692. Vesp. 392. 564. Pac. 744; non item Thesm. 213) et κάω (Pac. 839. Thesm. 240. Lys. 9. 320. 333. Nub. 407); de arbore ἐλαῖαι Nub. 1124; ἐλαίας Lys. 255; Vesp. 450 ἐλάαν R. V. C. Γ.; de fructu Ran. 988 ἐλάας, «libri aliquot ἐλαίας»; Eccl. 308 omnes ἐλάας, Ach. 550. Pac. 578 ἐλαῶν. —

Nulla causa est cur formam αἰεὶ ubi prior longa requiritur a diverbio tragicorum abiudicemus; comprobatur illa titulis, libris, testimonio Marcellini. Aristophanes autem ubique ἀεὶ adhibuisse putandus est. Tragici forma αἰέν non abstinuerunt, Aristophanes abstinuit (excepta epica locutione αἰὲν ἐοῦσιν Av. 688). Eodem modo αἰετός apud tragicos re-

linquendum (cfr. titulos), apud Aristophanem ἀετός reponendum (relinquendum αἰετός in v. epicis Equ. 1087, Av. 978, 987 et in versu tragici coloris Av. 1248). Item κλαίω et καίω tragicis dandum, κλάω et κάω Aristophani, secundum libros. Comprobatur haec sententia quodam modo eo, quod Aristophanis libri alias κλάω et κάω exhibere solent, Thesm. 1063 autem in versibus tragici coloris κλαίειν praebent. Ut autem Sophocles in canticis etiam priore producta syllaba ἀεί dixit, ita ἀετός, κλάω quoque canticis tragicorum vindicaverim (velut Soph. frgm. 423 γενοίμαν ἀετὸς ὑψιπέτας). — Ἐλάα denique quod Soph. O. C. 17. 484. 701 (cfr. frg. 464) La, Aesch. Eum. 43 M. cum ceteris libris praebet, et tragicis et Aristophani ubique dandum est. Nam quod agnoscitur libros Aristophanis eam differentiam prae se ferre, quam schol. Arist. Ran. 988 statuit: ἐλάα ὁ καρπὸς τῆς ἐλαίας (cfr. Suid. ἐλάα ὁ καρπός, ἐλαία δὲ δένδρον), ita tamen ut adiciat καταχρηστικῶς alterum pro altero usurpari, id et titulis et testimonio Thom. M. erroris arguitur. Vereor ne hoc posteriorum grammaticorum commentum habeatur, quod partim ex libris profectum est partim in libros redundavit.

At dixerit quispiam, quid rationis habet ea quae a grammaticis pariter traduntur (ἀεί, ἀετός, κλάω, ἐλάα) et simillima videntur, disiungere diverseque diiudicare? Primum monendum est grammaticos cum de Atticis dicebant inprimis eorum poetarum (Aristophanis) scriptorumque qui proprie normam sermonis Attici suppeditabant rationem habuisse. Deinde differentia est inter αἰετός, κλαίω, αἰεί et inter ἐλαία. Nam consentaneum est in ἐλαία, quocum conferri potest Ἀθηναία, Ἀθηνάα (cfr. supra p. 11) atque etiam correptio diphthongi in Πειραιεύς, δείλαιος, multo prius commutationem diphthongi factam esse quam in initio vocabulorum αἰεί, αἰετός vel in κλαίω, καίω, in quibus diphthongo maius momentum inest. —

Diversa ratio est in κλῄω, κλῇθρον, quae formae ipsa origine se vetustiores exhibent. Cfr. Phot. 168, 13 κλῆσαι οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, οὐ κλεῖσαι, καὶ κλῆδα. οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης. Quamobrem cum formae κλείω etc. recen-

tioris sint atticismi quaeritur de Aristophane, non de tragicis, apud quos etiam libri plerumque vetustiores formas conservarunt. Aristophanis libri habent Av. 1262 ἀποκεκλήκαμεν, cui Reiskius ἰῶτα subscripsit, Lys. 264 μοχλοῖς δὲ καὶ κλήθροισι, Thesm. 976 κλῇδας, 1142 κληδοῦχος. Equ. 1316 κλείειν. Ach. 479 κλεῖε. Vesp. 334. 601. 719 ἀποκλείειν, 775 ἀποκλείσεις; Pac. 101 ἐπικλείειν; Thesm. 40 συγκλείσας; Eccl. 355 ἐγκλείσας', 420 ἀποκλείῃ; Plut. 206 κατακεκλειμένα (sic R., vulgo κατακεκλεισμένα), Vesp. 198 κεκλεισμένης, Thesm. 421 κλείδια, Vesp. 154 κατακλεῖδος. — Horum Vesp. 1484 κλῆθρα ad Euripidem adtinet, fortasse etiam Lys. 264 cl. Eur. Andr. 950 κλήθροισι καὶ μοχλοῖσι. Av. 1262 ἀποκεκλήκαμεν autem arguit initio fuisse ηι; sic enim librarii videri poterant perfectum verbi ἀποκαλέω habere. Thucydidis libri scripturam in ῃ plerisque locis tuentur; cfr. Poppo. Prol. I p. 212 sqq. — Omnino autem commutatio diphthongi huius verbi analogiam habet in terminatione ῆς nominum in εύς, ut ad idem tempus (Ol. 106—110 fere cfr. supra p. 20) pertinere videatur. Itaque etiam in illo titulo συγκλῃόντων probabilius scribitur. At quid iudicandum de memoria grammatici quod exstat in Cram. Anecd. I 226, 5: Κεκλίαται συζυγίας ἕκτης τῶν βαρυτόνων· τὸ θέμα κλείω· ὅπερ οἱ Ἴωνες κλήω (l. κλῄω) διὰ τοῦ η [καὶ τοῦ ι λέγουσι] καὶ Θουκυδίδης καὶ [οἱ] τραγικοί. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι 'Ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλημένην πύλην'. Οἱ κωμικοὶ δὲ διὰ διφθόγγου? Num huic fidem habebimus contra illas rationes? Immo deprehenditur error grammatici. Is enim nihil aliud habebat nisi eam memoriam quam supra adtulimus κλῆσαι — οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης, qua cum comici non excludantur, ille οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ ita intellegebat ut comicos excipi arbitraretur. Si aliquid veri subsit, id pertinere debeat ad recentiores comicos, quibus sane recentiores formae κλείειν, κλείς, κλείδιον tribuendae sunt. —

Non potest componi cum his verbis illud discrimen quod inter tragicos comicosque intercedit in usu formarum πράσσω, φυλάσσω, τέσσαρες, θάλασσα, πράττω — θάλαττα etc. Nam

haec commutatio ad aliud tempus refertur. Cfr. C. I. 73 c (circa Ol. 84) τέτταρας; ib. 1035 (eiusdem fere aetatis) πράττ[ειν]; Rang. I 116. 117 (Ol. 88, 3—89, 2) [τέτ]ταρσιν; ib. 250 (Ol. 89, 2) φυλάττοντες, τάττειν, θάλαττα; ib. 57 (Ol. 93) πλάττειν. — Comicis non licebat a communi sermone recedere (Arist. Lys. 453 aliquot libri, inter quos R., τέσσαρες, Eccl. 825 omnes libri τεσσαρακοστῆς praebent, quod Brunckius correxit). Quod autem Thucydides formis in σσ utitur, hoc in exemplis singularis propriaeque dicendi consuetudinis ponendum est. —

Index.